













Digitized by the Internet Archive  
in 2010 with funding from  
Boston Library Consortium Member Libraries

1542-1582

MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS JESU

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS NUNC PRIMUM EDITA

---

EPISTOLAE MIXTAE



EPISTOLAE MIXTAE  
EX VARIIS EUROPAE LOCIS

AB ANNO 1537 AD 1556 SCRIPTAE

NUNC PRIMUM



A PATRIBUS SOCIETATIS JESU

IN LUCEM EDITAE

---

TOMUS SECUNDUS

(1549-1552)



MATRITI

EXCUDEBAT AUGUSTINUS AVRIAL

via S. Bernardi, 92.

1899

70106

---

---

## AD LECTOREM

---

Quodnam fuerit consilium, quo adducti sumus ut litteras, quibus *EPISTOLAE MIXTAE* nomen inditum est, in adspectum lucemque proferremus; quinam sint earum auctores, quae deinde ipsis natura et subjecta materies; demum quae a nobis in edendo toto opere tenenda sit ratio; haec omnia satis superque in prooemio primi voluminis, quasi in vestibulo totius operis, aperuimus.

Ergo propius accedamus ad eas, quae in hoc altero ejusdem operis volumine epistolas continentur.

Plus quam 300 numerantur, nondum hactenus, quod sciamus, typis excusae.

Harum epistolarum maxima pars habetur in cod. B et C, quorum accuratam descriptionem, commoditatis gratia, quemadmodum in superiori volumine factum est, ad calcem, excuso jam libro, rejicimus.

Quod vero ad tempus attinet, annis 1549, 1550, 1551 ac 1552 conscriptae sunt.

De epistolis cujusque anni aliquid dicendum est.

### ANNUS 1549

Epistolae amplius 116 recensentur. In tanto epistolarum numero distingui debent

I. Epistolae SOCIORUM.

## 2. Epistolae aliorum a Societate, sive EXTERNORUM.

Illorum numerantur, plus minusve, 75: reliquae externorum sunt.

I. SOCIORUM epistolae de rebus Societatis Jesu universe agunt. Nos praecipuarum argumenta paucis percurrimus, die scriptionis parenthesi ( ) incluso. Et quoniam ex Hispania longe plures habentur epistolae, de illis primum dicendum est.

a) Heic quidem laetam sociis ostendebat faciem exoriens annus 1549, cum *Salmanticae* turbulenti adversus Societatem aestus tum Patris Estrada concionibus, tum praeclaris P. Torres exemplis defervescerent; quamquam non deerant praeoccupati opinionibus homines, qui adhuc obtrectationibus suis nostros aliquando morderent et lacerarent (26 April.).

*Complutenses* vero socii, etsi magna nonnumquam rerum temporalium inopia et angustiis premerentur, majorem certe capiebant laetitiae voluptatem, tum ex amicorum benevolentia, qui opem et auxilium indigentibus sociis afferebant, tum vel maxime ex fructu, qui ex sacris Ignatii commentationibus et nostrorum consuetudine proveniebat (30 Maji, 1 Aug., 31 Octob.).—Diu-  
turnam tamen quietem uberrimumque animorum lucrum aequo animo non tulit vaferimus Societatis hostis, cacodaemon, qui atrocem invidiam Villanueva Societatique adolescenti conflare conatus est, homine nequissimo ad id adhibito, Ferdinando de Barrasa. Verum detecta hominis fraude, simulantis se de Societate esse, splendidius eluxit sociorum virtus et decus (28 Aug., et ejus append.: «Sententia in causa Ferdinandi de Barrasa», necnon epist. 5 Nov.).—Interea Compluti et Guadalaxarae Estrada concionibus suis admirationi erat, civiumque animos Societati conciliabat (31 Octob., 5 Nov.).

*Caesaraugustae* sodales solita Societatis munera obibant, non quidem sine fructu. At cum lis de domo nostris attribuenda sub

judice esset, nonnihil molestiarum experiebantur, nec suos expandere ramos Societatis arbor in illo solo poterat. Plures extant Francisci Rojas de hac re epistolae, in quibus apparet nostrorum consilia pacis concordiaeque semper fuisse (11 Jan., 7 et 27 Martii, 5 April., 30 Maji, 1 Julii, 10 Aug.). Res saepe composita, saepe dissoluta est (28 Aug.). Sed haec ad annos proxime sequentes.—Interea vero, quia arctissime cum superioribus cohaerent, huc revocandae sunt plurimae Aldunciae González epistolae, quae de aedibus caesaraugustanis deque lite cum suis fratribus unice agunt.

Domus *barcinonensis* paucos numero socios continebat. Hi, cum in proximorum salutem adlaborarent, sedem etiam Societatis propriam habere, amplissima civitate dignam, conabantur. Sed illorum et amicorum conatus irriti diu fuerunt.—Diu Barcinone versatus fuit Araoz, qui, quamvis aeger, sacris Deo virginibus ad severiorem disciplinam traducendis operam navabat, jubente principe Hispaniae, Philippo (12, 14, 15 Jan. 4, 22 Febr.). Aggregati nihilominus Societati sunt Barcinone adolescentes aliquot, nec tacendus est Antonius Gou, summa integritate vir, cujus plures edimus epistolas (14 Jan., 19 April., 17 Maji.).

*Valentinum* collegium suum cursum tenebat sub Jacobo Mirono. Sed, quod mireris, nulla editur illius epistola Valentiae conscripta. Nam paucae, quas hoc anno ipse dedit, Gandia missae sunt (11, 13 Martii, 3 April. Videantur et valentinae epist. 24 Febr., 4 Martii, 1 Junii.).

Sed in Hispania omnium oculos tunc ad se convertebant *gandienses* socii. Gandia, non illa quidem urbs admodum ampla, nec cum aliis Hispaniae urbibus dignitate et numero civium conferenda, gloriabatur tamen esse quasi incunabula nascentis Societatis hispanicae: non quod suo sinu ac parietibus prima omnium socios complexa fuerit (hunc enim honorem sibi Barcino jure

vindicat), sed quia collegium Societatis proprium, secundum Ignatii leges conditum, prima inter hispanas urbes habuit, et academiam, quae, ipsis Martii kalendis, rite apostolicis in templo collegii recitatis litteris, publicata est (7, 8, 10 Martii). Gandiae, interposito solemni religionis sacramento, ipso Virginis ab angelo salutatae festo die, Oviedo et Mirón Societati sese obstrinxerunt (3 April.).—Tanta vero parsimonia in victu cultuque corporis utebantur socii, cum aliunde summa virium contentione ad virtutum et scientiarum studium incumberent (10 Martii), ut non-nemo existimarit non satis illis provisum esse: quam tamen existimationem, Ignatio delatam, Araozius refutavit (5 Nov.).

Atque haec de epistolis sociorum hispaniensium.

b) Ex *Lusitania* hoc anno tres tantum epistolae nobis obtigerunt; quarum duae (6 et 7 Febr.) de nova juvenis cujusdam in Societatem cooptatione; postrema (1 Martii) de sociorum laboribus eorumque fructu agunt.

c) Pauca etiam ex *Sicilia* edimus; scilicet, eas, in quibus Doménech de academia mamertina (1 Jan.), de collegio Panormi instituendo (Majo, incerto die) agit; quibus adjungenda quam de eodem argumento, civitatis nomine, Julius de Silvestro scripsit (13 Maji.).

d) Unica Patris Viola *Parisiis* data (19 Julii) ad nos pervenit, qua difficultates, quibus Societas opprimebatur, exponit.

e) Nec feliciores fuimus in inveniendis sociorum epistolis, qui in reliquis Europae partibus omni nisu et ratione pro re christiana tuenda et amplificanda desudabant. Nullas *lovaniensium*, nullas *germanorum* damus, praeter aliquot epistolia, quibus plerumque adolescentes Societatis candidati Ignatio commendantur, aut eorum votorum formula in urbem mittitur (11 Jan., 18, 21 Martii, 27 April.).

Quam epistolarum jacturam multo quidem aegrius ferremus,

nisi illa subinde cogitatio obversaretur animo, eas nimirum aut editas jam esse, aut ad suorum auctorum volumina, tamquam ad propriam sedem, reservari.

2. EXTERNI vero a Societate homines undique consilium petendi gratia aut expediendi religionis negotia ad Ignatium per epistolas accurrebant. Sic Florentius Pauletto de orphanorum institutione Ignatium hoc anno consulit (8 Febr.): Dominicus Numagli Ignatium in hebraeorum favorem ad Christum accedentium patronum adhibet (9 Febr.): sic Petrus Doménech in Lusitania vult ut Societas orphanorum procuracionem suscipiat (1 Martii): sic demum virgines Deo sacrae ex barcinonensi Stae. Clarae coenobio litteris Ignatium onerant, cum solatium ac consilium ab eo deprecando, tum vel maxime in Societatis obedientiam ac disciplinam sese committendo (10, 12 Jan., Febr. ineunte, 21 ejusdem, 6 Martii, 3 April., 14 Maji, 18 Octob., 3 Nov.). Quibus jure addendi sunt Mazzocho, Lombardelli et Antonius de Casula: ille navatam a Salmerone Belluni operam extollens (22 April.), hi de reddito casulanicis Landino gratias Ignatio amplissimis verbis persolventes (15 Julii, 17 Nov.).

### ANNUS 1550

Hic annus epistolas numerat plus minusve 50.

Harum 30 sociorum sunt; reliquae externorum.

1. SOCIORUM epistolae res ad Societatis historiam spectantes plerumque tractant.

a) Pauciores quam superiori anno ex *Hispania* habentur; nec causa difficilis inventu est. Cum enim, recurrente hoc anno 1550, jubilaei sanctitate augusto, evocasset Ignatius Romam e dissitis Europae partibus Patres quamplurimos, ivissentque ex Hispania inter alios cum Francisco Borgia, Araoz, Estrada, Ovie-

do, Mirón et Tablares, factum inde est ut epistolae collegiorum, quibus ipsi praepositi erant, magna ex parte conticescerent; provincialis vero negotia suae provinciae coram cum Ignatio tractanda reservaret.

Itaque Patris Araoz hoc anno 2 epistolae habentur; gaudiensium 3; valentinorum nulla, nulla quoque ab Estrada; complutenses a Villanueva 2; salmanticenses ab Hernandez 2; vallisoletanae 2, quarum altera a Joanne González, altera a Peñalosa; nulla a sociis caesaraugustanis, a barcinonensibus nulla. Quod quidem mirum non videbitur consideranti Orlandinum, *Hist. Soc. Jes.* lib. x, duobus dumtaxat perexiguis numeris (n. 110, 111) sive 31 versibus rerum hispanicarum narrationem hoc anno conclusisse.

Attamen dicendum est, quas edimus epistolas, eas nullo modo esse leviores superioris anni epistolis.

Nam, ut a *gandiensibus* exordiamur, epistola Antonii Brandao, lusitani (10 April.), iter narrat sociorum quinque lusitanorum Gandiam usque, quo se contulerant ut in illa Societatis academia laurea donarentur; dumque explicat quos, per Hispaniam iter agens, expertus est ipse sensus, amicorum studium erga Societatem moresque hispanorum describit. Igitur haec epistola historico habenda in pretio est.—Altera, Francisci de Saboya, raptim in via Dertusam versus exarata (4 Sept.), magni facienda est, cum, praeter alia ad socios et Borgiam, theologiae doctorem creatum, spectantia, nobis tradat quinam fuerint civium sensus ac sermones, cum viderent suum ducem Romam discedentem. Tertia est Joannis B. de Barma explicantis quae socii Gandiae fecerint post Borgiae discessum, ut eum comitesque itineris sospites Deus et incolumes in urbem usque deduceret.

Epistolae vero *complutenses* (1 Maji, 2 Julii) fausta omnino nuntiant: civitatem concionibus Estrada, ut superiori anno contigit, valde commotam esse: florentem juventutem sic instituti

nostri esse percupidam, ut merito diceres Complutum jam tunc vere Societatis seminarium extitisse: civium animos nostrorum studio teneri; quin etiam ad conchenses illud studium transiisse, Societatis domicilium deposcentes (18 Octob.). Sed, ut in humanis sunt mala bonis permixta, e toletana regione coelum nubibus obducebatur, quibus Cômplutum, haud multo post, obvolvendum erat. Antistes enim toletanorum, Martínez Siliceus, ut anno superiori innuitur (31 Octob.), infestum nobis gerebat animum, nec placare eum hoc anno potuit oratione sua P. Michael de Torres, veteri illi junctus amicitia (30 Junii).

Is *salmanticensibus* praeerat potestate; et solitis exercitationibus christianam rem promovebat, civiumque animos Societati conciliabat. Nec urbanis moenibus contentus, *Burgos*, cardinali Mendoza efflagitante, socios misit (30 Junii, 31 Aug., 6 Sept.).

Nec dissimiles erant sodales, qui *Pintiae* vitam degebant. Quo tandem fiebat, ut Societas Jesu magis magisque in dies singulos cognosceretur, amaretur a pluribus, eamque inter alias Hispaniae provincias et civitates Gallaecia et Methymna Campi expererent (4, 17 Maji).

*Caesaraugustae* lis antiqua de domo *conservatoris* diplomate pontificis composita videbatur (26 Sept.); tametsi, novae subortae quaestiones inter Annam González ejusque fratres, rem turbidam reddiderunt.

Haec de Societate in Hispania dicta sufficiant.

b) Ex *Portugallia* habentur epistolae 5. Harum 4 sociorum sunt, quibus eorum praecipue acta recensentur. Cum enim nostri conimbricenses angustiis collegii premerentur, essentque nonnulli molesta affecti valetudine, ad Sti. Felicis stationem, quae salubriore utitur coelo, missi sunt, ut vires reficerent simulque studiis operarentur (22 Junii, 31 Aug.): alii vero ut in proximo-

rum salutem incumberent (12 Aug.).—His adjungenda est epistola Petri Doménech de rebus suis et de orphanorum institutione agentis (5 Aug.).

c) Ad *parisienses* quod attinet, unica editur epistola ad socios et ad collegium spectans (13 Sept.).

d) *Colonia* Leonardus Kessel frugiferos sociorum labores, pro animorum salute susceptos, singulari epistola enarrabat (14 Junii).—Arnoldus Conchus suum ac suorum comitum iter Venetias usque describebat (29 Martii.).

e) Tres sociorum epistolas exhibet *Sicilia*. De illa provincia universe, de probationis domo, de fructibus ex concionibus perceptis Doménech agit (17 Junii.).—Ex collegio panormitano epistolam familiarem scribebat Lanoy (19 Aug.): ex mamertino consultoriam, ut dicimus, Riera (1 Sept.).

f) Majorem epistolarum copiam aliae *Italiae* urbes suppeditant. Earum principem merito appellabis quam ex urbe, incerto mense et die, dedit hoc anno Carolo, Sabaudiae duci, Ludovicus de Coudretto (du Coudrey). Ad rhetorices leges exacta est: ipsius argumentum grave, tractatio artificiosa, sermo simplicissimus; scopus dignus certe et Carolo duce et Coudretto allobroge. Hortatur enim eum ut intra Sabaudiae fines collegium Societatis instituere velit: ad hoc enim opus jam pridem animo Coudretto destinarat quae ad ipsum ex sacerdotii sui, quo se abdicarat, fructibus, et paternae haereditatis bonis veniebant. Quae verba, ad calcem epistolae Carolo duci adscripta, lucem afferunt intelligendis epistolis a Claudio de Coudretto (tres enim erant in Societate fratres, Ludovicus, Annibal et Claudius) suo Ludovico et Ignatio datis (17, 31 Jan., 20 Febr., 30 April., 9, 19 Junii).

His suavissima est adjungenda Stephani Capumsachi ad eundem Ludovicum epistola, insignis amicitiae notis conspersa (19 Martii); nec tacenda, brevis illa quidem, sed vere pia, quam

ad Stum. Ignatium de suo tam corporis quam animae statu Stephanus scribebat (18 Febr.).

Denique quid Landinus hoc anno egerit in lustratione mutinensis dioeceseos paucis ipse, more suo, Ignatio refert (16 Octob.).

Atque hactenus de sociorum epistolis.

2. Epistolae EXTERNORUM.—Ab externis vero datae commemoratione in primis dignae sunt:

*a)* Epistola Joannis de Vega, Siciliae proregis, P. Lainez ad pontificem mittentis, ut suo totiusque exercitus nomine gratias ei amplissimas referat ob concessum illis jubilaem; simulque pontificem rogat ut mandatis, quae a prorege Lainius habet, ad rem christianam promovendam annuere ne gravetur (18 Octob.).

*b)* Epistola Levorotti, Montis Serrati in Catalaunia religiosissimi monachi, olim legato Poggio a secretis, qui tanto in Societatem Ignatiumque amore ferebatur, ut ab hoc opem et consilium exposceret ad sacram, quam in Indiam expeditionem cum sociis meditabatur (10 Jan.). Quae epistola, cum praeclarum benedictinorum amoris in Societatem testimonium sit, est etiam non vulgare monumentum ad illius celeberrimi juxta ac sanctissimi coenobii historiam contexendam.

*c)* Ad historiam quoque ecclesiae et virorum suspectae pietatis saeculi XVI (POLANCO, t. III, pag. 48-51, n. 87-90) faciunt epistolae Joannis de Rossi et Ludovici Davidico (20, 25 April.), et quae ad hunc spectat (Mediolani 31 Aug.). Sed de Davidico plura sequentibus annis. Videatur interea epist. Mercuriani 17 Dec. 1552.

*d)* Theresia Rejadella, barcinonensis, cum suis sacri gynaeci virginitibus impense Ignatium urgebat ut earum curam Societas suscipere (10 Jan., 11 April.): numquam tamen id ab Ignatio extorqueri potuit. Huc referenda etiam sunt pia vota

Jacobae Pallavicina, parmensis, quae Deo sub nostrorum obedientia servire percupiebat (10 Dec.).

e) Nec praetermittenda silentio est cujusdam Jacobi Camps, hispalensis, ad Ignatium epistola, hunc consulentis de opere, quod mente agitabat: de institutione nimirum religiosae familiae, ex hominibus uxores habentibus coalescentis (16 Julii).

De reliquis hujus anni epistolis dicere supersedemus.

## ANNUS 1551

Numerantur hujus anni epistolae circiter 65.

Ex his paucae ab externis datae: reliquae sociorum sunt.

### I. De epistolis SOCIORUM.

a) Redibat ab Ignatii conspectu, purpuram et urbem fugiens, *Borgia* (nemo nescit) ut in Cantabriae montibus ad tempus delitesceret. Haec visa opportuna ratio est ad declinandos honores, quos ei conferre grata Julii pontificis munificentia percupiebat. Ergo Ignatius Emmanueli Sa, qui in borgiano comitatu erat, injungit ut crebris epistolis, quod iter unoquoque die agerent, illum doceret. Hinc plures scripsit Emmanuel litteras, ex quibus, quas potuimus reperire (aliquot enim periisse putandum est), nunc in lucem edimus. His adjungendae etiam sunt quas et alii socii itineris conscripserunt (29 Martii; 4, 7 April.; 28 Maji); nec omittenda Patris Queralt, barcinonensis, qua una scimus noluisse Borgiam, ex urbe redeuntem, Barcinonem ingredi (1 April.).

Borgia, in Societatem ingressus, translato in Carolum filium principatu, abdicatis honoribus, et sub disciplina P. Ochoa Navarro, ognatensis domus rectoris, absconditam in Christo vitam agens, Hispaniam universam commovit, et principibus et populis exemplo fuit. Inde multi ad saniora consilia rediere: nonnulli

ad sedes Societati offerendas permoti sunt (23 Julii, 1 Aug., 21 Sept., 6 Dec., et epist. ejusdem mensis incerto die).

Praecesserant jam ex urbe litterae Didaci de *Eguía*, nepotem suum Nicolaum ad collegium Stellae condendum cohortantis. Collegium hoc habuerat in votis Nicolai genitor, P. Stephanus de Eguía, 28 Jan. Romae sanctissime vita functus (1 Jan., 5 Febr., 20 Sept.).

*Estrada* vero, prout fuerat ab Ignatio injunctum, redux ex urbe viam sternebat ad collegium Societatis Burgis instituendum (1 April., 25 Julii); socii enim hic, quemadmodum Salmanticae et Vallisoleti, angustis nimis parietibus continebantur, cum et nobilitas urbium, numerus ac religio civium et certa spes laetissimam metendi segetem aedes multo ampliores jure ac merito requirerent (Mendoza, 25 Julii).

*Araoz* autem, relicto in Cantabria Borgia, suam provinciam lustrabat (8, 19, 25 Nov.); et faventes satis Societati populorum animos experiebatur; cum ecce, quod ex ante actis notione quadam animi praesentiebatur, iniquissima procella in complutenses invasit, saeviente in Societatem Joanne Martínez Siliceo, toletanorum antistite, sub cujus potestate civitas complutensis erat (30 Octob.—4 Nov.). Varias alienati a Societate hominis causae circumferebantur: veram *Villanueva* profert (15 Nov.). Nullum non moverunt lapidem sodales ut emollirent praesulis amplissimi animum et ad mitiora consilia traducerent: frustra omnia: sententia obfirmatus sua, omnibus, velut rupes immota, restitit. Postremo, res acta jure est, et utcumque composita. Sed haec ad sequentem annum spectant (15, 20 Nov., 2 Dec.).

De epistolis ex Hispania satis: ad lusitanorum veniamus.

b) Ex *Portugallia* 9 hoc anno eduntur epistolae. Insignis in primis est illa Antonii Brandaq (hunc Romam secum Simon Rodríguez adduxerat) missa ex urbe (20 Febr.). Hac sociis conim-

bricensibus exprimit Brandao quos, viso Ignatio, expertus fuit sensus, iudiciumque de rebus romanis, de sanctitate praeclarissimi fundatoris profert.—Reditum vero Simonis in Portugalliam ac Henrici cardinalis consilium de tradendo Societati eborensi collegio paucis nuntiat Anriquez (16 Junii).

Leite et Consalvus (incerto tempore) occupationes cum proximis narrant: hos sequuntur excerpta ex litteris sociorum Conimbricae et Tituani, quae in eodem versantur argumento (Febr.). Nec ab his separandus videtur propter conjunctionem, quam cum sociis habebat, Petrus Doménech, Villabeltrandi abbas. Hic enim votum emisisse Societatis ineundae supra diximus, *EPIST. MIXTAE*, t. I, pag. 462, annot. I; «sed dum negotiis distinctetur, antequam Societatem esset ingressus, ab hac vita decessit.» *POLANCO* t. I, pag. 447, n. 490. Igitur Doménech in instituendis orphanis multum operae laborisque consumebat, mira prorsus de eorum profectu narrabat, aliqui in Brasiliam et Indiam mittebantur (17, 18 Febr., 1 April.).

Postremo, Melchior Carneiro laetatur de adventu P. Mirón in Lusitaniā: eborensis collegii initia narrat, Ludovici Granatensis virtutem et amorem erga Societatem laudat (10 Nov.).

c) *Parisiis* lux affulserat Societati, privilegio collegium aedificandi adeptum (5 Febr.); quae tamen laetissima spes, adversariis assurgentibus, evanuit.

d) Longe meliora in *Italia* contingebant. Nam Ferrariae dux alumnos Societatis ad collegium inchoandum efflagitabat (1 Maji): Neapoli nostri amici manum operi pro sua civitate urgendo admovebant (19 April.): Landino Mutinae oppidisque circumjacentibus tantam in profliganda haeresi, extirpandis vitiis, inserendisque virtutibus collocabat feliciter operam, ut virium jacturam faceret (6 Febr., 5 April., 29 Maji, 6 Junii, 9 Julii, 1 Aug.).

e) Ex *lovaniensibus* unicam edimus epistolam (7 April.), alteram ex *coloniensibus* (1 Sept.): illa Patris Adriaensens de candidatis agit, haec Patris Kessel, Canisii reditum exoptat.

De epistolis sociorum haec dicta sufficiant.

2. EXTERNORUM epistolae, ut supra diximus, paucae habentur. De his, quia arctissime cum epistolis sociorum cohaerent, cum de illis ageremus, dicere necesse fuit. Sic epistolae Petri Doménech, Ludovici de Mendoza, Dionysii de Caesena, Izaguirre, López et aliorum suis locis laudantur.

Mentione tamen dignae sunt Angeli Suriano, gratias Ignatio agentis, quod in sociorum numerum adlectus sit (23 Maji); Francisci de Salcedo, domicilium Societatis Abulae constitui expectantis (18 Julii); Joannis Croce, fratrem in patriam revocantis (15 Sept.); Martini de Olave, officiose ad Polancum Tridento scribentis (17 Sept.); Vinyes, gerundensis, in Societatem admitti demisse postulantis (9 Octob.); denique Joannis de Borja, Matrito, quo se ad negotia obeunda et Philippum, principem, salutandum contulerat, multa paucis de Siliceo et Poggio nuntiantis (4 Nov.).

## ANNUS 1552

Hoc anno numerantur epistolae ultra 85; sociorum ferme omnes sunt.

### I. De epistolis SOCIORUM.

a) Felicibus auspiciis annum inire videbantur *complutenses*, compositis per cardinalem Poggio, Torres et Araoz, Hispaniae praepositum, rebus cum Siliceo, qui ultro se fauturum vel maxime Societati dicebat, dummodo haec a se condita pro toletana ecclesia instituta admitteret. Dura sodalibus haec visa conditio est, nec facta laesi juris restitutio omnino placuit; sed pro

tuenda pace et ut morem Poggio gererent, nihil socii ad verba antistitis objicientes, conticuerunt (14, 20 Jan., 16 Martii). Eorum tamen silentium probatum non fuisse praesuli, aliquid amplius a Societate cupienti, vel inde patet, quod adhuc nostris infensum animum postea retineret (20 Sept.).—Haec vero minime obstabant quominus studiis nostri gnaviter operarentur, multique Societatis arderent desiderio (19 Nov., 21 Dec.). Inter eos autem, qui hoc anno ex toletana dioecesi Societati nomen dederunt, unus instar plurium habendus est *Bartholomaeus Bustamante*, nostris ineunte anno adscriptus, de quo scribebat Villanueva (20 Jan.): «Spero a de aver más fruto deste en la iglesia de Dios, que daño en la persecución» [scil. archiepiscopi toletani].

Sed eorum, qui Societati hoc anno sese adjunxerunt, nullus sic perculit hominum mentes ut florentissimus juvenis, *Antonius de Córdoba*, qui Borgiae aemulatus, cum inter purpuratos principes cooptandus jam esset, omnia posthabuit ut, Christo devotus, in Societatis castris stipendia mereret (31 Martii, 22 Sept.).—His certe non inferior, alius hispanus e tridentina, ubi fulsit, doctorum hominum palaestra, Romam adivit Societati nomen daturus, *Martinus de Olave*, quem nominare laudare est (20 April., 1 Julii). Sic optimis sodalibus minimam Societatem suam Numen augebat.

Nec incrementum domorum et occupationum ipsi deerat.—Ludovicus enim de Mendoza collegium *Segoviae*, in suo natali solo, aedificare volebat (3 Julii): de *compostellano* erigendo jam a Torres agebatur (21 Junii): crescebat *Caesaraugustae* eorum numerus, qui apud nostros sacra exomologesi peccata expiare volebant; et archiepiscopus, non multum nostratibus antea benevolus, aversum animum exuisse videbatur (6 Febr., 1, 12 April., 15 Maji).—Id unum nostrorum cursum ibi retardabat, lis

scilicet, quam de domo Societati destinata Anna González suis fratribus intendebat (23 Nov.).

*Gandiae* et *Valentiae* res Societatis secundo cursu ferebantur (3 Febr.); quamquam valentini revocatum Romam ab Ignatio fuisse Hieronymum Doménech vehementer dolebant (24 Aug.).

*Burgis*, ubi difficultates nostris ortae fuerant, Estrada, bene de civibus merendo et amicorum praesidio adjutus, illas depellere nitebatur (15 Maji, 21 Julii, 22 Nov., 1, 18 Dec.).—*Methymnae Campi* pontificis pro Societate diplomata illius abbati, nostris obsistenti, indicebantur (23, 25 Nov.).—*Vallisoletanis* denique percommode res contingebant (11 Aug.); ad quod certe contulit adventus Francisci Borgiae (8 April., 25 Octob.), in Portugalliam, jubente Ignatio, tendentis; quamquam certis de causis susceptum iter impeditum est. Verum hae causae aliqua indigent explicatione. Nos pauca dicemus. Sed haec ad lusitanorum epistolas spectant.

b) Plures hoc anno ex *Portugallia* numerantur, eaeque longe caeterarum, quas edimus, gravissimae.—Constituerat Ignatius Simonem Rodríguez a tractandis in Lusitania gubernaculis remove. Cur id animo constituerit, nec hujus loci nec nostri muneris est explicare. Alii tradunt.—Cum vero id in animum induxisset, quia existimabat rem difficultatem habituram, maxime apud regem et lusitanos principes, his litteras scripsit; et Borgiam cum Michaele Torres, quem inspectorem provinciae creabat, in Portugalliam adire jussit. Res eo spectabat, ut facilius Joannes III Ignatii consilium susciperet, sineretque Simonem egredi in Brasiliam (id olim hic expetiverat), vel in Aragoniam, novam in Hispania provinciam ab Ignatio constitutam, cui praeficiendus Rodríguez. Verum ex parte regis nulla prorsus erat difficultas in educendo ex Portugallia Simone, quin immo optabat et ipse, adhibita honesta causa, cum honore extra regni fines

illum emittere (18 Febr.). Et quia nostris in Portugallia visum fuit facilius negotium transigi posse, si Torres et Borgia tunc non accederent, inchoatum iter hi distulerunt: Miro in Simonis locum suffectus est (29 Maji).—Sed haec rerum personarumque mutatio miras tragoedias excitavit.—Simon e Lusitania exire recusabat: de Mirone multa tam pro ipso quam contra ipsum dicebantur (18 Julii, 31 Aug., 4 Sept.).

Tum Patres, etiamsi nimis sero, quam sapiens Ignatii consilium fuerit, agnoscebant.—Ergo ad Michaellem de Torres, compostellani collegii negotia tractantem (21 Junii), oculos converterunt, qui solus (nam Ognatum Borgia remeaverat), cum in Portugalliam mense Julio venisset, rem utcumque composuit: Rodríguez in Aragoniam misit; Mironem, donec freta mitescerent, in missiones, quarum erat percupidus, ablegavit: ipse Compostellam, quo vocabatur, rediit.

Res pacata jam videbatur; sed prompta affuit nova turbarum occasio. Simoni Rodríguez datus fuerat itineris socius Michael Gómez. Hic, valetudinem incommodam causatus, e media via rediens in Lusitaniam, omnia miscuit; et in Mironem, immo in ipsum Ignatium, optimum Societatis' parentem, quamplurima falsa et iniqua comminisci atque evomere non erubuit. Inde calumnias ad regias aures deferri: plures in vocatione sua nutare: quosdam etiam a Societate deficere: de aliis in suspicionem venire; postremo, Torres iterum in Portugalliam vocari. (Vide epist. per totum Octob. ex Lusitania datas, quibus adjungendae sunt Petri Doménech 1 Sept., Godino 22 Nov., Araoz 25 Nov.). His plurimae aliae essent addendae, eaeque gravissimae; sed, quoniam anno proximo 1553 scriptae sunt, rem quasi in media flamma relinquimus.

Interea vero, dum his turbinibus palea a tritico secernebatur, multorum emicabat virtus. Sic prae animi modestia ac demis-

sione González de Cámara et Mirón officium in aula plenum honoris, munus scilicet confessarii regis et principis, recusabant (25, 29 April.), et longe maxima saniorque sociorum pars pro vindicandis sacris obedientiae juribus stabat: reges Joannes et Catharina, regisque fratres, solito et ingenti quidem amore Societatem prosequerantur; et Ludovicus de Montoya, magnum in Lusitania lumen, Ignatium laudibus suis ad coelum efferebat (18 Febr.). Sed de Portugalliae epistolis satis.

c) *Parisiis* egestate socii premebantur; quare Romam aliquot contendere necesse fuit (12 Martii); quos inter Viola, infirma usus valetudine: huic Paschasius Broet successor datus (26 Junii).

At sociorum ex Gallia discessus italis opportune contigit: per collegia enim Italiae distributi illi sunt.

d) Ex *perusino* collegio plures habentur litterae. Laboriosa quidem fuere hujus collegii initia; sed in illis Edmundus Augerius, adolescens, jam tunc aliquid magnum portendere videbatur (23 Julii). Rerum tamen inopiam patienter tolerabant: ab externis scholarum magistris oppugnabantur: templo Societatis attributo, ubi sacra obirent munera, carebant (Aug. incerto die, 19 Nov., 17 Dec.). Ad haec, Laurentius Davidico, de quo supra dictum est, nescio quam rationem exercendae pietatis, plenam hallucinationis, inducere satagebat (17 Dec.). Solitis nihilominus nostri distinebantur occupationibus, spemque habebant, fore ut in dies, idoneo ad nostra munia comparato loco, uberiores animorum segetem demeterent (25 Dec.).

Mutinae et Garfagnanae Societatis collegium expetebatur (25 Maji); quorum *mutinense* hoc ipso anno inchoatum est (13 Nov.); de Garfagnana notitia sive inquisitio facta (22 Octob.). — In Landini vero epistolis hujus anni illud singulare est, quod voluerit mutinensium episcopus Landini obedientiae subdi, idque

praestiterit (18 Maji). Rheginis quoque Landinus operam navavit (28 Aug.); et quia illuc, obedientia duce, iverat, resque feliciter ei successerant, illam virtutem mirifice laudat, optatque in posterum eorum, qui potestate praesunt, nutu et sententia perpetuo regi (3 Sept.). Ad Landinum etiam spectat epistola Herculis Purino, Ignatium rogantis ut illius in semetipsum rigorem moderetur (28 Martii).

De *eugubino* collegio unica profertur epistola J. B. de Velati de collegio, de sociis, de ipso rectore agentis (5 Dec.).

*Neapoli* singularis etiam editur Andreae de Oviedo epistola, qui illuc contenderat, initium collegio neapolitano facturus (22 Nov.).

e) *Coloniae* Leonardus Kessel sedulo in confovenda pietate adlaborabat, Societati juvenes alliciebat (8 Martii), alios in urbem ad collegium germanicum mittebat (24 Octob.).

f) *Viennensium* curam, Jajo e vivis erepto, Lanoyus alacriter gerebat: sociis et externis sedulam navabat operam, et germanico in urbe collegio prospiciebat (1, 24 Octob.).

Atque haec de sociorum epistolis.

2. De epistolis EXTERNORUM pauca dicenda sunt. Paucae enim hujusmodi hoc anno numerantur, de quibus supra mentionem suo loco non fecerimus, eaeque vel ad gratias agendas conscriptae sunt, ut barnabitarum mediolanensium (2 Febr., 22 Martii), vel ad mandata committenda (25 Febr.), aut studium significandum (8 Febr.). Inter quas illa propior ad res Societatis accedit, quam alibi laudavimus, Gregorii de Polanco (15 Maji).

Haec de epistolis hoc volumine comprehensis dicenda erant. Non omnes certe gravissimae sunt; nec enim esse poterant, cum MIXTAE sint tam ratione argumenti quam auctorum; sed tales nihilominus, quae pondere et utilitate non careant. Fatemur etiam eas non semper in novo argumento versari: fieri enim id

non poterat, cum illarum argumentum saepe pluribus commune sit, quorum scripta in lucem jam prodire; sed illud asserimus, quod nemo inficiari poterit, multa in his epistolis nova, et incognita hucusque, inveniri; cognita autem et ab aliis dicta iisdem saepe compleri, saepius confirmari, nonnumquam etiam corrigi.

---

Licet quam in edendo primo volumine rationem tenuimus, eandem in hoc quoque retineamus, in re nihilominus parvi momenti aliquid, ut morem plerisque gereremus, immutare non dubitavimus. Igitur in litteris, quas appellant *majusculas*, adhibendis multo parciores erimus; et ultimam ab academia hispanicae linguae inductam acuendi rationem nos quoque servabimus.

Praeterea quando a nobis POLANCO citatur, citabitur autem saepe, POLANCI *Chronicon* intelligendum est.

---



## 180

HIERONYMUS DOMENECH

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

PANORMO, INEUNTE JANUARIO, 1549 <sup>1</sup>.

De academia mamertina.—Quale pontificis diploma ad illam recte instituentem optet Didacus de Córdoba.—Academiae rector quis esse debeat, aut a quo renuntiandus.—De collegio mamertino.—De sumptibus Romae factis persolvendis.—De designando die ad noxarum veniam adipiscendam.

Quanto á la expedición de las bullas para la vniuersidad de Meçina, dize Joan de Vega, que, si no son expedidas, que V. R. las haga detener hasta que aquí se vea vn poco qué se ha de ver, y se embie la determinación á V. R. de lo que se ha de hacer.

Lo que passa en este negocio es esto: que, viniendo la copia de las supplicationes, la primera vez que salí de mi enfermedad de la cámara, fuí á hablar con el virrey, y le di la carta de V. R., y hablamos vn rato en diuersas cosas. Díxome que amostrasse al señor don Diego las copias, para que las viesse si estauan bien. El señor don Diego aquel día fué para un monesterio de benditos, que está á cinco miglias ó siete de aquí, para tener allí las fiestas. Yo fuí el día de S.<sup>t</sup> Joan á hallarle en el monesterio, por comunicarle las copias, y concluir lo que se hauía de hazer,

<sup>1</sup> Ex autographo in vol. B, duplici folio, n. 30, prius 790.—Desideratur scriptionis dies. Ex ipsa tamen epistola eruitur scriptam fuisse aut postremis anni 1548 diebus, aut ineunte Januario 1549. Etenim in ea agitur de domino Didaco de Córdoba, quocum Doménech de rebus, ad mamertinam academiam spectantibus, erat acturus. Jam, cum Córdoba ad benedictinorum aedes, ut ibi natalitia Servatoris nostri perageret, se contulisset, nec inde reversurus esset Panormum, nisi post diem 6 Ianuarii; Doménech, quia res urgebat, ad Didacum de Córdoba 27 Decembris adivit: cum eo negotium contulit, sequenti die rediit ad proregem, illum quid egisset docturus: tandem, proximis deinde diebus hanc Ignatio epistolam conscripsit.—De Didaco de Córdoba haud semel in sequentibus epistolis erit sermo. Vide etiam *Cartas de San Ignacio*, t. II, pag. 183, annot. 2.

porque me dezían que hauía de estar hasta passados los Reyes, y hablé con éll, y le amostré las dichas copias. Alteróse en ver vna cláusula en la supplicatió de la vniuersidad, no de aquella manera que en lo memorial le embiamos, y es que el prepósito general de la Compañía haya de elegir lo rector de la vniuersidad, diziendo que esto sonaría mal á la ciudad de Meçina, paresciéndoles que es sometter al prepósito general la vniuersidad; y que en ninguna manera se expediessen desta suerte; y que si eran expedidas, que no las embiasse V. R. hasta que se acconciase <sup>1</sup> como estaua en lo memorial que scriuio éll, y es que se ponga que el rector del collegio de la Compañía de Meçina huuiesse de ser rector y cañçeller de la vniuersidad, ipso facto que fuesse rector del dicho collegio. Y yo replicándole que el collegio está súbdito al prepósito general, y que el rector del dicho collegio ha de ser elegido por el dicho prepósito, y que, queriendo que el tal rector fuesse también rector de la vniuersidad, venía á esser mediate elegido por el dicho prepósito general, y así que todo era vno; no se pudo contentar, sino que quiere que se mude, y así me lo dió por vn memorial, la copia del qual embió á V. R., porque lo original esta mal scrito, en el qual ha puesto también lo de la exemption, y lo que más le ha parecido, lo que quiere que en todo caso venga en la bulla, si no es expedida, y quando fuesse expedida, por alguna reformati6n ó breue, y que la erecti6n y esto todo venga junto <sup>2</sup>.

Esta resoluci6n huue del señor don Diego, y así me boluí á Palermo lotro día siguiente, y lotro día después hablé con el virrey para concluir este negocio, y leyle los capítulos del memorial del señor don Diego, y parecióronle bien, excepto quando entendió de los grados, que se huuiessen de dar en la madre iglesia <sup>3</sup>. Preguntóme ¿qué era esto de los grados? y declarádoselo, hizo dificultad por Cathania, y yo le dixé cómo el señor don Diego hauía visto el priuilegio de Cathania, y cómo no era abnegatiuo, y que se lo hauía comunicado con su excelencia, y que,

<sup>1</sup> Ms. *conchiasse*. Verbum hoc adhibetur pro *conficere*, *concinmare*.

<sup>2</sup> Cf. *Epist. P. Nadal*, t. 1, pag. 53-54; pag. 62, n. 2 et 3.

<sup>3</sup> In templo maximo.

ha ziéndose vniuersidad, esto importaua. Respondióme que no se acordaua de hauer bien entendido este negocio, y que quería hablar con el señor don Diego, pidiéndome cuándo hauía de venir, y que con él se resolvería este negocio, y que entre tanto scriuiese á V. R. lo sobredicho, que es ha saber, que, si no era expedida la bulla de la vniuersidad, que se detuuiesse hasta que otra cosa se scriuiesse, y yo spero que todavía se contentará en que se haga como se ha negociado, porque el señor don Diego está muy puesto en ello, y su excelencia le da crédito. De lo que se determinare daré aviso á V. R. con las primeras.

La expedición del collegio puede ir adelante, si no es acabada, y si la otra fuesse acabada, la detendrá, que no la embiará hasta que otras scriua á V. R.: y esto quanto á este negocio.

Quanto al breue de la reformatión, como no sabíamos cierto lo que hauía costado, no he procurado de hauer los dineros. Ahora que lo sé, lo procuro, que ya he hablado con el virrey, y me ha dicho que lo hablase con el thesorero, y así entiendo en ello. Estos dineros de la corte se cobran con alguna dificultad, como passan por muchas manos. Yo pondré diligencia de cobrarlos lo más presto que pudiere.

Quanto al nombrar el día de la indulgentia para la bulla de las casas de los huérphanos, ya scriuí á V. R., si pudiesse ser á la elección de los confrades, ó del obispo, ó, en su absentia, [del] vicario, ó que fuesse el día próximo immediate de la publicación de las bullas, ó como mejor paresciere á V. R.; sólo que sea vn día entero por lo menos.

IDEM JOAN HIERÓNIMO DOMÉNECH.

*Inscriptio manu P. Nadal: † R.º P. D. Ignatio.*

## 181

ANDREAS DE OVIEDO

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

GANDIA 10 JANUARI 1549 <sup>1</sup>.

Bti. Fabri memoriam vigere.—Theologiae lectionibus factum initium.—  
Borgiam eisdem animum applicare.—Collegium litterarum studiis ac  
morum integritate florere.

†  
Jhs.

Muy Rdo. Padre nuestro.

La summa gracia y amor de Xpo. nuestro Señor sea siempre en nuestras almas. Amén. Hallándome bien con ser devoto de nuestro P. Mtro. Fabro, que está en la gloria, pues el Señor me ayuda con su gracia, no quiero perder el fructo de la devoción de la candela que suelo embiar para que arda sobre su sepultura; y así suplico á V. P. mande poner la que con esta yrá.

Acá las cosas de la Compañía van bien, gloria sea á nuestro Señor. Anse empeçado ya las liçiones de la theología, la qual lee el Rdo. P. Mtro. Pérez <sup>2</sup>, de quien avrán entendido. Es persona muy docta, y ha escrito sobre Sto. Thomás, y leydo theología más de veynte años. Lee en la primera y en la tercera parte de Sto. Thomás á la mañana y á la tarde: tiene hartos oyentes, y entre ellos letrados y predicadores. De nuestro collegio oyen diez hermanos la theología; y el señor duque <sup>3</sup>, después que mucho tiempo ha estudiado en las artes, oye al presente muy de propósito la theología, fauoresciendo mucho nuestros estudios, y repite todas licçiones. Pasámoslas S. S.ía y yo, después de averlas oydo. Espérase en el Señor nuestro mucho fructo deste curso; y por ser tan docto el maestro, y también tener nuestros herma-

<sup>1</sup> Ex autographo in vol. B, duplici folio, n. 78, prius 125.

<sup>2</sup> Hieronymus Pérez, valentinus, ordinis Btae. Mariae de Mercede, de quo *Epist. Mixtae*, t. 1, pag. 177; POLANCO, t. 1, pag. 443, n. 482.

<sup>3</sup> Franciscus Borgia.

nos muy buenas habilidades, nos ha parecido que devan de estudiar muy diligentemente la theología, pues tienen tal comodidad, qual por ventura no ay mejor en París.

El señor duque halla mucha devoción en oyr S. S.<sup>ia</sup> este curso; y yo pienso que, si le oye, según la gracia y espíritu que le ha dado el Señor, y según el grande ingenio que también el Señor le ha dado, que saldrá admirable theólogo, para dar mucha lumbre en la iglesia del Señor, porque se espera de muchos, y á mi parecer con devida esperança en el Señor, que este su siervo ha de ser vn gran pilar, y consolación de muchos en la iglesia de nuestro Señor.

En las artes lee el Mtro. Juan Guttano, el qual es muy docto á maravilla en su facultad, y tiene grande ingenio y mucha claridad: hállase bien en esta tierra. Y de los hermanos oyen tres la dialéctica: el hermano Emanuel <sup>1</sup> ha acabado su curso de artes, excepto la methaphísica, la qual se leerá con la gracia del Señor. En grammática ay buenos preceptores: por manera que las letras floresçen en esta vniuersidad á gloria del Señor; y en muchos sieruos, que ay en esta tierra, de nuestro Señor floresçe tambien la virtud; y los hermanos por gracia del Señor dan de sí buen exemplo y edificación.

En las oraciones de V. P. nos encomendamos mucho en el Señor nuestro, el qual por su misericordia nos quiera dar su gracia, que su santíssima voluntad sintamos, y aquella enteramente cumplamos.

De Gandía á 10 de Enero 1549.

De V. P. obediente hijo en el Señor,

ANDRÉS publicano.

*Inscriptio:* Jhs. Al muy Rdo. en X.<sup>o</sup> nuestro Señor Padre nuestro, el P. Mtro. Ignatio de Loyola, prepósito general de la Compañía de Jhs., en Roma.

---

<sup>1</sup> Emmanuel Sa.—De hoc juvene, quem meritis Oviedo saepe laudibus cumulavit, deque aliis, quos ipse nunc memorat, multa tradunt *Epist. Mixtae*, t. 1, per totum.

182

[HIERONYMA] OLUJA

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

BARCINONE IO JANUARIII 1549 <sup>1</sup>.

Virgines Stae. Clarae barcinonenses tradere se in Societatis obedientiam volunt.

†  
Jhs.

La gratia i amor del Spíritu Santo sea siempre en nuestras almas. Amén.

Carísimo i amantísimo Padre en Christo Señor nuestro: Ya pienso será informado V. P. de nuestras tribulaciones i neesidades por el Señor lisenciado, nuestro padre <sup>2</sup>, el qual a querido nuestro Señor por su clemencia se sea allado en Barcelona, lo que no a sido poca gracia para pasarlas, de quien i por quien esperamos con el fauor diuino i con su testimonio el remedio, pues sabe lo que passa i a passado, así en lo interior de nuestras almas, como en las cosas exteriores.

Esperamos con su intersesión i información V. P. se a de inclinar á misericordia en atorguar <sup>3</sup>, procurar trabajar por unas personas tan neesidades, i que de mutxo tiempo antes desta tan grande i summa neesidat daua el Señor tam complidos deseos en esto que aora pedimos con tanta raçón i ocasión, que el Señor a permitido ofreserse para dar ánimo en lo que no se osaua pensar [y] aora se demanda con grande instancia; i así lo pido i so-

<sup>1</sup> Ex autographo in vol. B, sesquifolio, n. 161, prius 632. Adeo neglexit bona haec virgo grammatices regulas, ut si ad eas verba omnia exigere velimus, integra sane epistola emendanda esset. Quare satius fore duximus praecipua tantum indicare.

<sup>2</sup> Intellige P. Antonium de Araoz, provincialem Hispaniae, qui Barcinone «fuerat... satis diu, partim cum valetudine adversa conflictatus, partim praedicationi et monasteriorum reformationi... intentus.» POLANCO, t. 1, pag. 439, n. 475.—Vide infra, epist. 185.

<sup>3</sup> otorgar, concedere.

plico io por mi parte arrodillada i aprostrada <sup>1</sup> á los pies de V. P. no sin lágrimas, como al Señor de todos lo e demandado mutxas uezes con grande eceso. Su Majestat me es testimonio que sabe en esto i en lo demás las entranyes <sup>2</sup>, i si cosa buena ai <sup>3</sup>, él lo da, y así lo e tenido por mui suiio, i quedo en esto mui opligada <sup>4</sup> solamente en el deseo: i e sentido algunas uezes por su bondat una esperansa grande de lo alcansar, á lo menos para el morir bien, i á las otras para bien viuir. También por la mesma bondat del Señor e sentido i siento serie <sup>5</sup> mui seruido en ello por las otras, que por mí no tengo de dexar de seruir i recordar quién soi i el poco aparejo [que] tengo para cosa buena, ni menos la meresco: esto está mui claro, i se puede deciir sin duda.

No quería ser prolixa, aunque por satisfacer á mí mesma, aunque sea roin, no puedo dexar de ser importuna en tornar á soplíquar <sup>6</sup> en la manera dítxa nos quiere aconsejar <sup>7</sup> [y] encaminar cómo podremos alcansar ser regidas, mandadas, i del todo sujetas á su obediencia i relligión santa, lo que <sup>8</sup>, como Simeón, deseo uer antes de la muerte, i sallir de tantos enbarasos [y] confusiones [que] ai, que por ser tantas no diguo ninguna, ni sabría dónde comensar. Abasta <sup>9</sup>, remetiéndome á su caridat [y] piedat, i á los que escriuen, i no es razón ser más prolixa en darle pesadumbre, sino rogar al Señor nos dé su santa gracia, [y] á V. P.

---

<sup>1</sup> *postrada*, provoluta ad pedes.—Plures extant epistolae, quibus flectere Ignatium hujusmodi sanctimoniales et earum studiosi enixe volebant, illumque in eam sententiam deducere, ut tandem aliquando Societas curam feminarum Deo dicatarum susciperet. Has litteras infra, suis locis, damus. Ignatii vero responsum, quo postulata negabat, vide in *Cartas de San Ignacio*, t. II, pag. 179. Confer ad hunc locum POLANCO, t. I, pag. 439, n. 475; ORLANDINI, *Hist. Soc. Jes.*, lib. IX, n. 74; ALVAREZ, *Hist. ms. de la Provincia de Aragón*, lib. II, cap. I.

<sup>2</sup> *entrañas*, viscera, secreta cordis, abditi recessus.

<sup>3</sup> *hay*, est.

<sup>4</sup> *obligada*, obligata, devincta sum.

<sup>5</sup> *sería muy servido*, multum Deo serviretur, etc.

<sup>6</sup> *suplicar*, rogare.

<sup>7</sup> *aconsejar*, consilium dare.

<sup>8</sup> Ms. *la que*.

<sup>9</sup> *Basta*, sufficit, satis est.

para repartir las que él le a dades <sup>1</sup> para su maior seruisio y bien de nuestras almas. Vnas religiosas de las más afectadas vesen <sup>2</sup> las manos de V. P., i son de las que muy á de ueras desean i piden el Señor las tenga de su mano i a todos. Amén.

Et xa <sup>3</sup> á x de Enero anyo MDXLIX.

De V. P. la más inútil súpdita,

OLUGIA.

*Inscriptio:* Jhs. A mi en Christo nuestro Señor carísimo Padre, el señor Mtro. Ignatio de Laiiola, general de la Compañía de Jesús.

### 183

FRANCISCUS DE ROJAS

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

CAESARAUGUSTA II JANUARIII 1549 <sup>4</sup>.

Ad litem inter *conservatoris* filios componendam pacemque conciliandam, diploma pontificis esse quam primum Caesaraugustam mittendum.

Jesus.

Muy'Rdo. Padre.

Pax Christi: El negoçio destas paredes que el conseruador <sup>5</sup>, que aya gloria, dexó á la Compagnía, está muy rebuelto : vna caussa es la condición de los interesados; y la otra la dilatió de embiar este despacho. Supplico á V. P. dé orden cómo venga luego y á buen recado, porque, mientras la cosa está in fieri,

<sup>1</sup> las que él le ha dado, quas, scil. gratias, Dominus Ignatio dedit, largitus est.

<sup>2</sup> besan, deosculantur.

<sup>3</sup> Hecha, facta, scripta scilicet epistola.

<sup>4</sup> Ex autographo in vol. B, duplici folio, n. 92, prius 655.

<sup>5</sup> Joannes González de Villasímplez «Secretario del Emperador Carlos V y Conservador del Real Patrimonio en Aragón, que... ofreció casa y hacienda para fundar un Colegio en Zaragoza». *Cartas de San Ignacio*, t. II, pag. 37, annot. 2 ad epist. CXXI. Vide etiam *ibid.*, pag. 182, 183. De his rebus caesaraugustanis aliquid supra, *Epist. Mixtae*, t. I, diximus, dicemusque plura in hoc et seq. voluminibus.

cada día se offrescen nueuas inuentiones, y dellas nasçen nueuos escándalos. Y como para remediar esto no ay otro medio sino la conclusión ó algún concierto, para lo vno y lo otro es necessario que venga esse breue en breue tiempo, porque el negocio no puede estar en peor estado, ni con más materia de escándalo que es estando assí suspenso. Y digo que venga á buen recaudo, no le salteen; porque, como los contrarios se fundan in bona fide, parésceles ser lícitas muchas cosas, vt redimant vexationem. Y también aduertan en la data del breue, pues se concedió antes de la muerte del conseruador; porque si la data viene después, errándose los escritores, es gran inconueniente. V. P. mande poner diligencia en esto, pues importa al <sup>2</sup> interés de doña Aldonça <sup>1</sup>, á quien toda obra buena debe la Compagnía; y la diligencia que en ello se porná, no pienssen que escandalizará á nadi, porque muchos están escandalizados del daño que haze á doña Aldonça la negligencia que juzgan; y también porque tenemos harto probada nuestra intención de no mouernos nuestro interés; tanto, que, gloria á nuestro Señor, con los vnos y los otros tengo igual amistad y libertad, para dezirles mi parescer en esta materia.

De Çaragoça a xi de Enero 1549.

Indignus filius ac seruus,

† FRANCISCO DE ROJAS.

*Inscriptio:* † Al muy Rdo. Padre, el P. Mtro. Ignatio de Loyola, preósito general de la Compagnía de Jesús, en Sta. María de la Estrada, junto á S. Marco en Roma. Al porte vn julio.

<sup>1</sup> Aldonça, sive Alduncia, González erat Joannis González filia, inter quam et Ludovicum fratrem lis gravis vertebatur, de qua vide *Cartas de San Ignacio*, loc. cit.; POLANCO, t. 1, pag. 442, n. 479, et epistolas infra proferendas.

<sup>2</sup> Ms. *el*.

## 184

CORNELIUS BROGELMANS

PATRI JOANNI DE POLANCO

LOVANOIO II JANUARIII 1549 <sup>1</sup>.

Te, quem nec visum noui, et vix notum amaui, et mox velut per transennam visum, notum et allocutum, plurimum dilexi, et nunc absentem corpore, praesentem autem mihi corde saepe recolo, nomino et diligo, paucis his alloquar, inopinatas salutes mittam, solatium, si quid esse potest ab languido, fratri aegroti praestare tentabo. Nihil est, mi frater, quod (si Deus velit nos pati) pluris faciamus quam animi corporisque iactationes; his enim et ad necessariam pugnam introducimur et exercemur, quae continua est omnibus in terra viuentibus, his interiori homine roboramur, his, similiores capiti nostro effecti, victoriae ingentia praemia (prout in exercitiis habetur) speramus: his, ut ad nos redeam, virtus perficitur. Non tua necessitas sed humanitas tua dixerim modo mihi, ruditer et inconcinne loquenti, scribendi ansam praebebit; vnde et liberius quam mea fert humilis conditio et indocta cognitio, veluti conuiuenti haec exarabo. Virtus, inquam, Paulus inquit, in infirmitate perficitur <sup>2</sup>, aut potius Paulo, stimulum suae carnis auferri a Deo oranti, Deus respondit et inquit: sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Quem carnis stimulum sibi auferri petierit, decertant pluri, et adhuc sub iudice Deo lis est et sit. Nos tamen hic pro tempore stimulum carnis corruptionem eius ad propositum nostrum intelligamus, de qua paulo ante dixerat quod gloriari non expedit in hac substantia gloriae, tum quia non pulchrum est mortales, fletu potius dignos quam laude, celebrari, tum quia uel in ipsa gloriatione sua homo carnalis deficit: vnde et Salo-

<sup>1</sup> Ex autographo in vol. B, unico folio, n. 200, prius 60.

<sup>2</sup> II AD COR., XII, 9.

mon ait, quod sensum multa cogitatione affligere atque depri-  
mere terrena inhabitatio solita sit, vt et Paulus praedicta verba  
multis reuelationibus sibi factis subiungens, contestari videtur  
propter quod datus stimulus, etsi ante ipse dicat sibi dari, non  
sibi accidere, nihil tamen prohibet ad eandem res plures aduen-  
tare causas quasdam naturales, praeter has et alias. Si igitur hic  
ponamus cum aliis opinionibus (quae omnes diuersis rationibus  
et causis verae dici possunt) et hanc nostram, vt pro stimulo car-  
nis suae Paulus insinuet corruptionem terreni corporis, magis uel  
minus aut diuersimode deficientis, pro varietate internarum aut  
externarum corporalium aut spiritualium virtutum et causarum,  
vide et quam vera sit sententia illa (ut simul et hinc sumas non  
mediocre solatium taedioso prolixitate morbo) qua dictum est a  
Deo: virtus in infirmitate perficitur; sequitur enim post: libenter  
igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus  
Christi. Hic primum ad vocem et voluntatem Dei mutatum et  
totum pacatum Paulum sentis, quem prius totum inquietum et  
implacidum terna petitione amotionis stimuli fuisse probatur.  
Deinde considera eum, qui prius infirmitatem detestabatur, ut  
indigne spiritum suum cruciantem et retardantem, nunc infirmi-  
tate, ut necessaria et valde proficua, gloriatur, et libenter excipit  
atque laetatur. Quae tanta mutatio voluntatis, aut unde tanta  
virtus mentis Pauli, qua et probet et eligat, quod improbabat et  
fugiebat? Ex eo plane, quod illi dictum est: sufficit tibi gratia  
mea. Quare? Quia, quod per te nescis et nequis, ego Dominus  
tibi dabo. Cum enim neque volentis neque currentis sit recte cur-  
rere et ad veram perfectionem spiritus tendere, misericors et  
sapiens Deus concitatam non rectam voluntatem et intentionem  
per infirmitatem seu impotentiam remoratur et instruit, regit ac  
dirigit ad verum sui cursus finem. Sane nec impotens est Jesus  
vt uel in emortuo corpore suscitare spiritum suum possit; nec  
auersus, ut nolit. Potest et vult; et quia uult, ideo disponit ut  
accipiat et agnoscatur; in qua quidem receptione et cognitione  
sumus, et securus status est hominis in hac vita, si rite exemplo  
et doctrina multorum conuicere possumus; et quidem spiritus  
Christi est quo vita nostra, siue anima et mens, vere uiuit, quo

crescit et roboratur; at noster est spiritus impellens parietem, dissipans leges, morti destinans atque condemnans, quod ex admonitione Dei praesentiscens Paulus, quia scilicet, ex inhabitatione spiritus Christi Jesu noster rectificetur, id est, sapienter simul et potenter agat quod est virtus eius. Libenter, inquit, gloriabor in infirmitatibus meis, eo videlicet, ut inhabitet in me virtus Christi; et haec gloria vera et segura erit, quia in Domino non in carne.

Pluribus alias, si opus fuerit, de utilitate aut potius necessitate infirmitatis dicemus: nunc illud superest dicendum, nempe D. Franciscum Palmium quosdam libros ad te mittere, et omnes hic fratres se tibi plurimum commendare, praesertim P. Paschasius <sup>1</sup> et ego, frater, nominatim commendamus nos et tibi et orationibus tuis. Vale et spe gaude in domino Jesu.

Bononiae xviiiij Martii 1550.

Charitatis tuae humilis seruus et frater in X.<sup>o</sup> Jesu,  
STEPHANUS ARETINUS <sup>2</sup>.

*Inscriptio:* Al mio charissimo et honorando in Jesux<sup>o</sup> signor nostro fratello, M. Ludouico Codruetto, in Roma.

*Manet vestigium sigilli.*

### 309

JOANNES DE ROSSI

PATRI JOANNI DE POLANCO

FLORENTIA 29 MARTII 1550 <sup>3</sup>.

Epistola officiosa, humanitatis plena.

†<sup>†</sup> Yhs. Maria.

Rdo. in Christo Padre mio osseruandissimo, salutem. La compagnia, quale V. R. mi mandò, mi stata gratissima, et desidero

<sup>1</sup> P. Paschasius Broet.

<sup>2</sup> Aretinum se nominat, quia Aretium (*Arezzo*) illi patria erat. POLANCO, t. II, pag. 20-21, n. 36-38. Vide epist. superiorem, n. 306, pag. 359.

<sup>3</sup> Ex autographo in vol. B, unico folio, n. 211, prius 28.

V. R. mi visite spesso con tal guadagno, che ui sarò obligatissimo <sup>1</sup>: et così ui preghio che mi ricomandiate al mio P. Rdo. M. Ignatio, a cui orationi assai mi offero, et pregho che mi tiengha fornito il spedale, doue io sono spedalingho per commission' del signore Iddio et sua Rtia., quale tengo sempre a stantia loro della Compagnia de Yhu., comune a tutti benefattori de quella Compagnia, et tutti Padri et figlioli, et tutti quelli, quali chiederanno in nome del bono Jhu., et per parte del Rdo. M. Ignatio et della Compagnia. Così vi pregho ambidue et tutta la Compagnia, che voi ui ricordiate de me: mandarme spesso guadagno, et dire a M. Gerolamo bolognese, benefattor' della Compagnia, che sami male, che non habbi preso sicurtà dello spedale suo et vostro in Fierence, et io non ho potuto parlarlo, che alla tornata si lassi reuedere, come fanno tutti questi della Compagnia, et a lui V. R. mi ricomandi pur assai assai. Della mia venuta non posso sappare, perchè li mei facende sono de tal sorte copiose, che non sono patrono de me: por tanto io pensauo doppo paschua partirmi, se altro non vene. Iddio dispongha in me la sua santissima volontà.

Don Lorenzo Daudico molto si ricomanda a M. Ignatio et a tutta la Compagnia, che certo è homo singulare nella sua predica, et è tutto spirito: harei charo che voi lo cognoscete, perchè è molto affectionato alla Compagnia.

Le corone sono venute, et molto vi ringratiamo a V. R.; et così io et la mia consorte <sup>2</sup> con tutta la mia famiglia ce ricomandiamo alle vostre oratione feruente, et a tutta questa Compagnia. Non altro.

Dio sia sempre nel animo et nostro cuore.

De Fierenze alli 29 de Marzo 1550.

De V. R. seruitore in Christo et indegno de serui de Yhu.,

JOANNES DE ROSSI, alamanno.

<sup>1</sup> Joannes de Rossi medicus erat, Florentiae degens, apud quem nostri diversari soliti fuerant. *Litterae Quadrimestres*, t. I, pag. 33, 41.—De eo haud semel agunt *Epist. Mixtae*, t. I, pag. 476, 488. Vide etiam in hoc vol. epist. 305 et 314.

<sup>2</sup> Maria Pantasilea.

*Inscriptio:* Al molto Rdo. in Christo, M. Joanni Polanco, della Compagnia de Yhu., suo padre sempre in Christo osseruandissimo, in Roma, a Sta. Maria della Strada.

## 310

ARNOLDUS CONCHUS

PATRI JOANNI DE POLANCO

VENETIIS 29 MARTII 1550 <sup>1</sup>.

Suum ac sociorum iter Venetias usque enarrat.

Gratia et pax domini nostri Jhesu Xpi. sit nobiscum semper ac crescat in cordibus nostris.

Non lateat V. R., Polance Pater in Xpo., quod satis omnia pro animi nostri sententia in itinere successerint, ac praeter spem nichil, quod non tolerabile sit, euenerit, de quo summo Deo Christo Jhesu gratias agere tenemur, et praecipue de his rebus, quae ad nostram et proximi salutem attinent. Vt ergo ad ea, quae dicere et scribere proposui, deueniam, primo dicam, cum quanta audacia praedicauerit noster in Xpo. frater Laurentius in Terni, qui se in hoc multum mortificauit, et homines etiam aedificauit admirantes illius iuuenis audaciam. Ego vero praedicaui, Christo ita ordinante, in Nerui ciuitate, vbi relligiosi et seculares cum feruentissimo studio et arrectis auribus auscultauerunt verbum Dei. Verum parum immorati sumus in hac ciuitate, quia statueram etiam praedicare in Spoletto, quo cum venissemus, occasionem praedicandi nullam inueni, nam totus populus, imo quasi maxima pars, erat in ecclesiis, et paucos vidi vagantes in foro (quod et multum michi placuit); erat enim dies dominicus, et nos statueramus etiam communicare (vti factum est). Neque ibidem tempus nostrum terere visum michi fuit, sed vlterius in Foligni accessimus, ad quam ciuitatem cum peruenissemus, de itinere fa-

<sup>1</sup> Ex autographo in vol. B, sesquifolio, n. 191, prius 52, 53.—Cf. epistolam Laurentii Busnardi, *Litterae Quadrimestres*, t. 1, pag. 185, annot. 1. Ut legenti statim apparebit, auctoris hujus epistolae grammaticam seruaui, nulla prorsus facta immutatione.

ciendo consuluimus. Itaque percepimus a nonnullis nos posse ire in paucioribus diebus Anconam quam Pesarum, meliusque et commodius posse inueniri barcam in Ancona quam in Pesaro: quod cum intellexissent fratres, virginem Christi Matrem inuisere expetebant. Considerans ego eorum petitionem fore justam (inito inter nos consilio), iter versus Loretam facere deliberauimus: cumque eo peruenissemus (facta primo salutatione ad Virginem), aduertentes nos quòque esse peregrinos et pauperes, hospitale accessimus ac ibidem pernoctauimus; sed dici non potest quantis gaudiis perfusus sum, cum viderem ibidem tot peregrinos de variis nationibus congregatos in Christi nomine, considerans praesentis seculi peregrinationem, etc. Mane autem, auditò sacro et finito officio, cum discessuri essemus, percunctatus est quidam S. M <sup>1</sup>. canonicus cuiusnam ordinis essemus? at nos respondebamus esse de la Compagnia de Jhesu de Roma: quod cum sentiret, ilico inuitavit nos ad prandium, et ad refectorium, vbi omnes canonici, aut saltem maxima pars de Loretto, conueniunt et comedunt, conduxit, a quibus non parum aedificati sumus, considerantes eorum sobrietatem, tum etiam morum et vitae honestatem, et quod super omnia laudabile est in Christi fratribus, videntes charitatem, quam tum erga nos, tum erga ceteros pauperes gerebant. Rogabant insuper quidnam ageret Rdus. in Xpo. P. Ignatius, quid Pater don Diego <sup>2</sup>, quidue alii Patres, quorum nomina pro tempore michi non occurrunt, ostendentes sese esse studiosissimos nostrae Societatis amicos. Petebant quoque num aliquo indigeremus; respondentibus nobis nichil opus habere quam gratia Dei.

Eodem etiam die multa perpassi sumus euntes versus Anconam, semper descendentes et ascendentes colles per loca lubricosa et lutosa, perque paludes vsque in multam noctem, et hoc quia non erat diuersorium, quo potuissemus nos conferre; in quo itinere Laurentii <sup>3</sup> patientiam probe expertus sum, flebat enim

---

<sup>1</sup> Sanctae Mariae (?).

<sup>2</sup> Didacus de Eguía.

<sup>3</sup> Laurentii Busnardi.

occulte, lachrimans partim quia ceciderat in aquam, partim quia nox erat, partim quia pedem ad quamdam virgultam siue truncum offenderat. At ego semper dixi confortando illum, quod plura pro nomine Xpi. patienda essent <sup>1</sup>. Itidem et Johannes <sup>2</sup>. De noctu in hospicium deuenimus, et interea dum nos calefaceremus et vestes siccaremus, ipsum hospitem cum vxore et seruo, quem carnes edere dicebant, ac etiam omnes ibidem existentes ad confessionem et jejunium exhortabamur: hospes cum hospita et seruus promittebant, quod Deum deinceps prae oculis haberent, et sese confiterentur. Sequenti die Anconam profecti sumus, euntes primo ad quaerendum regnum Dei, et postea ad portum nos contulimus, in quo duos aut tres nautas repperimus, qui paruo precio nos conducere promittebant Venetias, si non fuisset (vt eorum more loquar) fortuna in mari. Illic quatuor cum dimidio diebus morati sumus: nimirum nec mari propter tempestatem, nec terrae propter aeris ingratitude et viam valde lubricam et lutosam, tutum erat se committere: delibero quid faciendum: inspiratus tandem a bono spiritu, Laurentium ad forum praedicandum mitto; ego vero prope bursam ad euangelizandum vado, vbi quamplurimi mercatores, rustici, et de longe thurci verbum Dei audiebant, clamaui altissima voce, quod non esset alia salus quam in Christo Jhesu; et hoc propter turcos, qui terga vertebant, et audire recusabant. Mercatoribus dixi diuitias eorum esse putrefactas, et quod poenitentiam agerent, quia iam annus sanctus esset, et quadragesima, etc., vsque adeo quod, finito sermone, quamplures vltro obtulerunt michi pecunias; at ego recusabam: inter quos erant duo vel tres, qui, me inuito, bis terueque recusante, denarios in pileum michi proiecerunt, clamantes aliis post nos et offerentes pecunias, ex quibus denariis, veniens quidam mendicus in eorum conspectu ad me, petens eleemosynam, partem dedi; de quo facto admirabantur. In foro quoque secundo praedicaui, astante multa hominum caterua. Tertia et vltima vice cum sermonem facerem, circumstante ma-

---

<sup>1</sup> Ms. *esset*.

<sup>2</sup> Joannes Gambari.

gna hominum tum relligiosorum, tum etiam laicorum, multitudine; et cum finiuissem, rogauit quidam indignatus sacerdos, quisnam dedisset nobis auctoritatem praedicandi, currens post nos et clamans non cessauit interrogare cuius auctoritate (vt dixi) praedicaremus; at ego dixi: Nonne licet euangelizare verbum Deï sui creaturae? quid vis de nobis? Si ita tibi visum est, eamus ad vicarium et audiamus quid ille nobis dicet. Dicentibus hominibus, non est quod curetis hunc hominem, quia ipse aliquando etiam praedicat ad habendos quattrinos; quod nos non fecimus, quia cum saepius obtulissent, recusauimus; ita ipse reliquit nos in pace, et aliquando obuiam factus, ne verbum quidem fecit.

Praetereuntibus desuper nobis nonnullas mulieres, forsitan impudicas et a maligno spiritu instigatas, clamauit vna earum post nos dicens: ecce hypocritas, addiditque aliud turpe dictu verbum, quod propter honorem non explico; et hoc quia nolebamus diuertere siue hospitari in domo siue hospitio eius (eramus enim ibidem conducti blandimentis et verbis leuibis ab homine quodam, cuius notitiam non habebamus, qui lucri causa in portu expectabat homines, vt ad hospitium inuitaret). At nos flocci fecimus mulieris contumelias; ibamus enim gaudentes, quod propter nomen Xpi. digni habiti eramus contumelias pati <sup>1</sup>.

Tertio siue quarto die cum vltimo praedicassem, venit ad me quidam homo, qui dicebat se fuisse olim hebraeum, sed postea baptizatum, quique vxorem cum filiis in Neapoli sese habere asseribat, atque ob perditam ingentem pecuniae summam ad magnam desperationem deuenerat; eoque peruentus erat, vt Christum Jhesum negare deliberauerat, vtebaturque iudaeis quottidie familiariter, et praecipue suis parentibus, qui eum ad hoc impellebant, vt fidem abnegaret, quam acceperat. Is, dico, ad me venit, afflatus a bono (vt aiebat) spiritu, et compunctus verbis Christi, a me indigno prolatis, inquit: O Pater (explicans michi causam ante dictam) quid aggrediar? quodue consilium capiam, vt animam saluem? Ego, si tibi placet, sum paratus sequi te, et plangere peccatum meum. Sed ego, petens primo a Christo quid-

<sup>1</sup> ACT. APOST. V, 41.

nam huic homini responderem (quoniam a nobis nichil boni habemus), respondi: Vade, fili, et confiteri peccatum tuum cum contritione et dolore, et redi ad vxorem tuam et ad filios, et Dominus sine dubio te enutriet. Replicauit praeterea, dicens: Pater, ego velim fugere conspectum istorum hebraeorum, qui quottidie me vexant vt Christo renunciem, et non habeo denarios: si saltem haberem vnum jul[ium], ego me subducerem et ad vxorem redirem; sed verecundia prohibet redire sine pecunia. Audiens ego istius hominis animum, quem habebat aduersus Christum, paupertatemque eius perpendens, subito, vna cum Johanne nostro fratre (sumpto consilio) quid super hac re faciendum foret deliberauimus: conclusum tandem est, vt mendicaremus pro isto homine, ego in foro et iuxta bursam, Johannes autem alio in loco, et totam eleemosinam, quam acceperamus, huic homini dedimus, qui promisit, porrecta michi manu sua dextra, se velle confiteri quo posset citius, et redire per Romam in Neapolim ad vxorem et filios. Ob quam rem V. R. cum omnibus fraterculis Christum precibus et vigiliis vestris efflagitabitis, quatenus hic homo dignam pro peccatis suis poenitentiam agere valeat, et vt fortiter in fide maneat, agendo Deo gratias, qui peccatorem quasi obstinatum ad poenitentiam vocare dignatus est.

Tandem, videntes nos iniuisse gratiam cum aere, ascendimus quandam nauicellam, cum qua deuenimus in portum appellatum Synogallia <sup>1</sup>, vbi cum venissemus, male valuimus propter maris insolitum aerem. Nam quamuis jeiuno stomacho intrassemus in barca[m] vt vitaremus vomitum (quia Christi sacrosanctum corpus acceperamus eodem die mane), conquassata enim erant omnia nostra viscera, et coleram multam eiecimus: nec ipsum vomitum cohibere poteramus. Ad hospitium vesperi accessimus, et hospitem (qui carnem edebat, et quod plus est, palam profitebatur cum suo seruo se comedisse multo tempore) ad hoc deduximus, vt promitteret se non velle posthac comedere: quod tamen vix credidi, quia dura ceruice homo videbatur. Similiter et seruus, qui de Suetia oriundus erat, vbi mater haeticorum est, etc.

---

<sup>1</sup> Pro Senogallia, *Sinigaglia*.

Die sequenti (existentibus nobis in templo) petiit quidam canonicus synogalliensis, nuncupatus Nicolaus Mancius, iuuenis pius et multum spiritualis, dicens : Precor vos propter Christum vt michi dicatis de quo ordine estis. Respondentibus nobis esse de la Compagnia de Jhesù : oro, inquit, propter Christum, vt non dedignemini mecum prandere. Nos parati et contenti cum ipso pransi sumus. Is (habitis multis vltro citroque de Societatis laudibus verbis) omnem suum, quem habebat, erga Societatem animum totaliter explicuit; speratque et ipse relinquere omnia et sequi Christum (diuina adiuuante gratia) in vera paupertate, castitate et obedientia. Super haec pollicebatur michi illa eadem (cum Romam venerit), quae michi dixit, vobis communicaturum, etc. Cum isto mansimus toto illo die propter nimiam pluuiam et aquarum inundationem. Denique videntes maris inquietudinem, pedestres iuimus vsque in Pesarum, in qua ciuitate nichil morati sumus, sed vltius vsque ad hospitium ambulauimus, exhortantes semper hospitem ad bene agendum, quod et feci in omnibus hospitiiis quasi, et locis, quo veneramus. Plurimos inueni in Romagna, qui manducabant carnes, quibus dixi : Si secundum carnem vixeritis, morte peribitis <sup>1</sup>, etc. Plures etiam repperi, qui aiebant se non esse confessos, promittentes no[bis] confiteri, etc. In campis verbum Dei annunciauimus pastoribus, quos confortauimus per hoc, quod Christi natiuitas non regibus et ducibus, sed pastoribus manifestata fuit, ex quibus nonnulli manducabant carnes : illi similiter vt christiani b[oni et] veri viuere decreuerunt.

Quid multa? Illud quoque silentio non praeteribo, quod cum semel in quodam hospite essemus, vbi iuuenes alternatis vicibus de mundi vanitatibus cantabant et sonabant, alter alteri respondendo, qui dulcedine cantus alliciebant alios iuuenes praetereuntes diuersorium. Quod videns ego, altissima voce clamaui, dicens : O caeci, caeci; nunc tempus cantandi, nunc tempus sonandi? Vae vobis, etc. Nunc, dico, tempus poenitendi, etc., de modo, quod hospes iussit auferri liram, siue instrumentum musi-

<sup>1</sup> AD ROM. VIII, 13.

cum, et prohibuit ne amplius sonaret filius, sed desisteret omnino. Tota domus cum ceteris iuuenibus conuersi sunt, et doluerunt de peccato, et de futuro cauere proposuerunt.

Transiuimus vltcrius ad Rhiminum, de Rhimino vsque Rauennam, rursumque spe frustrati per loca inhabitata, plana satis sed aquosa, vltcrius processimus, perque portus maris ibidem vicinos etiam multa perpessi sumus : quottidie etiam soluere habebamus medium iulium ad transnauigandum flumina et paludes; bis etiam fecimus Bethlehem, id est, dormiuimus in feno, coperti feno, et ventus flabat ab omni parte. Itaque vere diceres, si vidisses, esse Bethlehem, in quo etiam delectabamur. Eleemosynam petiuimus ad mortificandos nos, et etiam de necessitate: factus etiam obuiam Ferrariae dux <sup>1</sup>, qui tres iulios nobis dedit. Postea paucas eleemosynas petiuimus, quia non erant nec castella nec domus, vbi potuissemus quid petere. In die enim vix duas domos inuenimus. Venimus tandem in ciuitatem, quae vocatur Chioza (quae ciuitas distat a Venetiis quindecim millibus passuum); itaque vicesimo quinto Martii vesperi salui appulimus Venetias, Christo ita disponente.

Secundo vero die post aduentum nostrum Rdu. Pater D. Nicolaus Gaudano cum duobus fratribus sani et incolumes (Deo duce) Venetias peruenerunt, vbi non veluti hospites et aduenae a Rdo. D. priore Lippo[mano], sed veluti filii in Christo charissimi accepti sumus. Nos hic moram trahimus per obedientiam, quoadusque Rdu. D. prior nos Padoam mittat. Et ne fabulam narrare videar, prolixitatem mearum literarum in Dnum. Nicolaum Gaudanum reiiciam, cui cum ista praedicta et alia narrassemus, voluit vt Romae fratribus illa etiam innotescerent; antea enim scripseram vnam schedulam de itinere saltem et de aduentu nostro, quam etiam mitto.

De valetudine pauca habeo quod dicam, nisi quod recte in Christo valemus, qualiter et vos omnes valere existimamus, excepto quod diuturnum iter et inconsuetus labor Johannem Gambari penitus demacerauit. Laurentii constantiam et patien-

---

<sup>1</sup> Hercules de Este.

tiam explicare non valeo. Ego (laus Christo) et corpore et anima cum Christo valeo.

Vale in Christo semper; diceſque omnibus nomine nostro plurimam salutem, cupientes V. R. et aliorum fratrum orationum et vigiliarum participes fieri.

Laus Jhesu Xpo.

Venetiis anno Domini 1550, mensis Martii die 29.

ARNOLDUS CONCHUS <sup>1</sup>, vester in Christo frater.

Intelliges, candide lector, quod has literas tam prolixas non misissem, nisi cogitarem fratres legentes nouo gaudio perfundere, quod Christus tantam gratiam dat suis seruis; et si velim cuncta scribere, veluti Dnus. Nicolaus michi praecepit, vix integrum papirei folium (quae scribere velim) caperet. Sed tamen ista, quamuis confusa sint, aequè bonique consules, ac ad laudem Christi suscipies.

*Inscriptio:* Rdo. Patri D. Polanco de Societate Jhesu, in santa Maria de la Strada. Romae.

### 311

ANTONIUS BRANDÃO

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

GANDIA 10 APRILIS 1550 <sup>2</sup>.

Iter quinque sociorum e Lusitania Gandiam versus.—Academicos gradus adipiscuntur.—Simone Rodericio romanum ad aliud tempus differente, in Portugalliam revertuntur.

†  
Jhs.

Cauato de vna litera del P. Antonio Brandão, *scritta in Gandia a 10 de Aprile de 1550 al Generale de la Compagnia de Jesù.*

<sup>1</sup> Hic Arnoldus ille esse videtur, quem in *Litterae Quadrimestres*, t. I, pag. 234, 507, etc., *alium ab Hezeo* nominavimus.

<sup>2</sup> Ex transumpto coaevo, in vol. B., duplici folio, n. 198, prius 154.—Quaedam emendavit aut addidit Polancus, quae nos *italicis* characteribus excudimus: alia ab ipso immutata, utpote nullius momenti, romanis litteris eduntur.

Gratia et pax etc.

Sommo partiti di Portugallo del collegio di Coimbra a 5 [sic] de Jenaro, il giorno della Epiphania con grande sentimento delli fratelli, che quasi tutti piangeuamo. Nientedimeno secundum partem superiorem laudauano il Signor, che ne habbia fatta questa gratia d' andar a veder la R. V., tanto desiderata da tutti, et fra pochi giorni arrivassimo in Spagna a vna città che si dice Città Rodrigo, doue, dimandando la elemosina, siamo andati al hospitale, et quiui siamo stati visitati da molte persone nobili, le quali parlando delle cose del Signor ne hanno fatto compagnia insino a mezza notte, et noi ne siamo offeriti di confessarli a la matina, et il P. don Gonzalo <sup>1</sup> fu pregato molto che predicasse, et l' ha fatto, et tutti hauemo sentito le confessioni de molte persone deuote. La predica fu nel medesimo hospitale, et si congregorono tutti li nobili, tra li quali vna marquesa con la matre sua, et restò molto afficionata ala Compagnia. Alcuni siamo andati a visitarla, et li hauemo datta larga informatione della Compagnia. Tra li altri, tre canonici ne hanno visitato, et hanno fatto grandi offerimenti: ho speranza que seranno della Compagnia: sonno humili, nobili et ricchi: presto andaranno in Roma. He molto desiderata la Compagnia in quella città: siamo stati hun solo giorno liui, et si fussimo stati più, si farebbe grande frutto. Hun capellano del hospitale si he mosso molto per essere dela Compagnia, et piangeua la nostra partita.

Doppo semmo venuti a Salamanca, doue trouassimo il doctor Torres con 8 o 9 fratelli, con li quali ne siamo consolati in Domino. Di Salamanca *andassimo in Avila*, <sup>2</sup> doue trouassimo grande dispositione per la Compagnia: massime huno huomo

<sup>1</sup> Gonzalvus de Silveira.—Porro e Lusitania Gandiam petebant socii quinque: Silveira, quem diximus, Joannes Couvillon, Georgius Morera, Lupus Leyton et auctor hujus epistolae Antonius Brandon. Vide POLANCO, t. II, pag. 131, n. 317. Qui omnes magisterii gradus adepti, in Portugalliam rediere.

<sup>2</sup> Scriptum prius fuerat *Alcalá*, sed emendavit Polancus. Is in suo *Chronico*, t. II, pag. 131, n. 317, scribit: «Et cum Complutum ire vellent, per Abulam iter fecerunt, ubi magna nivium vis quatuor vel quinque dies eos detinuit.»

molto virtuoso, che si dice Fernandalvarez d' Aguila, huomo nobile, del quale si ha molta opinione, risoluto per essere dela Compagnia, et con li voti fatti: si simiglia molto nella afabilità et desiderij verso la Compagnia al Sr. duqua di Gandia. Qui predicò il P. don Gonzalo con molta satisfatione.

Hauemo fatta questa strada per uisitar' la marquesa de las Nauas <sup>1</sup>, zia dil ducha di Gandia, la quale he molto afficionata ala Compagnia. Trouassimo tanta neue per la strada, che veneua sopra li ginocchi quasi per 90 miglia. Arriuati a casa della marquesa, fussimo receuti con grande alerezza, como di matre. La magior parte de la casa sua si he confessata, et desidera molto esser' informata della Compagnia, et li hauemo satisfato: ne ha pregato molto la vogliamo pigliar' per sorella: ha predicato vno delli Padri. Vno delli suoi figlioli se voleua venir con noi, ma era piccolo, de 13 anni: vna delle figliole diceua che, si fussi huomo, ne douerebbe seguitare et farsi della Compagnia. La marquesa in quelli duoi giorni mai s' è partita di noi: quando volessimo andar', ne ha voluto dar' dieci duquati et certi fascoleti, et non hauemo voluto pigliar niente: per forza ha fatto venire vn huomo con due bestie che ne conducesse insino a Alcalá, il quale s' è confessato et ha riformato la vita sua.

D' Alcalá, *doue ci fermassimo un giorno con li fratelli*, sommo andati a Guadalajara per veder' il P. Mtro. Francisco Strada, et non lo hauemo trouato: ha inteso il conte di Melito <sup>2</sup> la nostra venuta, et a 4 o 5 hore della notte ne ha fatto far' vna imbaosciata al hospitale, che voleua andar' a vederli, il che noi hauemo fatto, che siamo andatti dui a vederlo, et hauemo molto par-

---

<sup>1</sup> POLANCUS, t. II, pag. 132, n. 318.—Marchionissa *de las Navas* erat «D.<sup>a</sup> María Enríquez de Córdoba, hija de D. Pedro Fernández de Córdoba y Aguilar, I Marqués de Priego..., y de la Marquesa D. Elvira Enríquez de Luna, prima hermana del Señor Rey Católico»... «avía casado Año 1524... con» «D. Pedro Dávila... III Conde del Risco, I Marqués de las Navas.... El Señor Emperador le creó[marqués]... Año 1533.» VINCENCIO DE VIDANIA, *Genealogía de la casa de Benavides, sus servicios y antigüedad*, pag. 371 et 372.»

<sup>2</sup> Didacus Hurtado de Mendoza; ejus uxor Catharina de Silva, de quibus infra redit sermo.

lato: non dubito che sarà della Compagnia. La sua consorte sonno trei anni che he paralitica, et lui poco inanzi ha fatto li exercicij della prima settimana: si ha offerto molto et di cuore.

Di là sommo venuti a Valenza, doue non trouando il P. Mtro. Miron, sommo venuti a Gandia, et receuti dil signor ducha come de vn padre di tutti, et con lui in Domino sommo molto consolati; et non potrò dir' a V. R. quanto ne ha satisfato. Con li patri et fratelli ne hauemo molto ralegrato nel Signor', maxime vedendo vna casa dila Compagnia finita, come questa he <sup>1</sup>.

Qua ne cominciamo aparechiar per pigliar' li gradi: scilicet, Mtre. Johão, fiamengo, Georgio Moreira et Don Gonçalo, doctori in theologia: io Maestro in le arte: don Gonçalo et yo sommo promoti prima, et ne hauemo partito per Valença con vno altro Padre che he venuto con noi, che si dice Lope Leitão, doue il

---

<sup>1</sup> «In Collegio Gandiae res temporales egregie se habebant, et aedificium ad calcem perductum, et in porta principali nomine Jesu insignitum fuerat. Sed aedificium spirituale domi et foris optimo cum odore, tam in studiis litterarum quam in virtutibus, ad Dei gloriam crescebat; et tam in praedicationibus quam in christiana doctrina et in tradendis spiritualibus exercitiis benemereri de multis conabantur.» POLANCO, t. II, pag. 96, n. 226.—ALVAREZ, *Hist. ms. de la Provincia de Aragón*, lib. I, cap. 41 hoc profert de gandiensibus testimonium: «Quiero poner aquí el testimonio que me envió firmado de su mano el Sr. Obispo de Albarracín, D. Vicente Roca y de la Serna, el qual dize assí: Y particularmente se desvelavan aquellos PP. en que los niños supiesen la doctrina christiana, y que hombres y mugeres se confessasen y comulgassen muchas veces entre año, y assí lo hazian hombres y mugeres, y quedavan muy gustosos de ver que algunos Padres y hermanos salían algunos Domingos y fiestas con la campanilla recogiendo los muchachos, y traerlos á la iglesia del Collegio, y los regalavan con algunas golosinas, y les davan rosarios, y los llevavan los niños colgados en las cintas. Luego se empeçó á leer en la Universidad: empeçóse un curso de Artes y la theulugía, la qual leija el Maestro Pérez, Frayle Mercenario, y otra lición leija el P. Baptista que havia venido de Alcalá de Henares, y estas dos liciones las oija el P. Francisco de Borja. Empeçaron á leer principios de Gramática el P. Benito y el P. Lozano [Alphonsus], y yo empeçé con ellos, y éramos quinze ó veinte muchachos; y quando salíamos de la lición de la tarde, teníamos una hora entera de oración y nos davan á contemplar en aquella hora uno de los artículos de la Fe, y nos confessávamos cada sábado, y nos comulgávamos el Domingo, y assí fué muy provechosa aquella primitiva Iglesia. Esto escribe el Sr. Obispo de los estudiantes seglares de aquella era.»

P. don Gonçalo predicaua trei volte ala settimana, et yo senteuale confessione, et si faceua frutto <sup>1</sup>.

In questo exercicio sommo stati di inanzi il mezo della quaresima insino ala pascha: la quale finita, parse bene al P. don Gonçalo, superiore nostro, che già che il P. Mtro. Simone non era venuto, non venirebbe in questa primavera; che ritornassimo in Portugalo; et benchè questo camino par che sia superfluo, auendo di ritornar' vn altra volta nel Settembre per andar' in Roma, nientedimeno credo che al P. don Gonçalo non manquaronno razione <sup>2</sup>. Sommo stati per dui mesi spettando qualche noua di Portugalo, et en tutto questo tempo non la hauemo hauuta. X.<sup>o</sup> con tutti.

ANTONIO BRANDÃO.

---

<sup>1</sup> *Litterae Quadrimestres*, t. I, pag. 185.

<sup>2</sup> «Visum est Patri Gonzalvo [Silveira], sub cuius obedientia alii veniebant, quandoquidem P. Simon ad condictum tempus non eo venerat, in Portugalliam esse eis redeundum... Et quamvis ostensae fuissent litterae, P. N. Ignatii nomine subscriptae, quibus retineri Gandiae P. Joannes [Couvillon] ac Georgius [Morera] praescribebat, cum ad theologicas lectiones esset eorum opera ibi necessaria, aliquam tamen interpretationem, qui eorum habebat curam, inuenit; et creditum est a P. Simone eum fuisse instructum ut suos omnes in provinciam reduceret.» POLANCO, t. II, pag. 132-133, n. 319. Vide apud ALCÁZAR, *Chronohist. de la Provincia de Toledo*, t. I, pag. 152, epistolam Francisci Borgiae ad Araoz de sociis lusitanis. Polancus vero *ex commis.*, scribens Simoni Rodericio de quinque his sodalibus Gandiam missis eorumque ibi gestis, illi injungebat «ut iis, praeter quam Georgio Morera, facultatum Societati concessarum usum prohibeat, qui nonnisi obedientibus concedi debet. 3 Septembris.» POLANCO, t. II, pag. 133, n. 319, annot. I.

## 312

THERESIA REJADELLA  
PATRI IGNATIO DE LOYOLABARCINONE II APRILIS 1550 <sup>1</sup>.

De rebus coenobii sui.—Tacendo et obediendo animus conquiescit.

Jhs.<sup>†</sup>

Muy Rdo. Padre mío en Christo.

La santísima Trinidad sea siempre con V. P. en todo y en todos. Amén. Charíssimo y amantísimo Padre mío. Ni pienso ni he de creer que la charidad de V. P. nos olvide en todas necesidades en todo lo que sea para más gloria divina y particularmente en la que al presente estamos deste bendito negocio, el qual parece sustenta Dios nuestro señor solo; pues no sabemos que aquí aya persona que adeueras <sup>2</sup> negocia por nosotras, aunque el señor don Francisco de la Caualería tiene nuestra procura y el señor Reboster <sup>3</sup> por él ahora. La señora doña Guiomar <sup>4</sup>, por quien ellos se mouían, no escriue con aquel calor, y dudamos se mire en lo que se deue mirar por nuestra parte. De la otra no falten diligencias ni faouores. Mucho ternía que dezir, lo que dexo á la verdad y justicia. Dios nuestro señor prouea por sí, como sea más seruido y bien de las almas. Amén.

Muchas esperansas tenemos en el fauor de V. P., aunque sea sin roydo: aquí <sup>5</sup> las tenemos callando <sup>6</sup>. Con escriuir de ahí <sup>7</sup> que V. P. desía que obedeciésemos <sup>8</sup>, se quietó mi alma, quando fué

---

<sup>1</sup> Ex autographo in vol. A, unico folio, n. 233, prius 294.

<sup>2</sup> Pro *de veras*, reapse: *negocia*, pro *negocie*, negotium agat.

<sup>3</sup> Franciscus Reposter.

<sup>4</sup> Guiomar (Hieronyma) de Gralla. *Epist. Mixtae*, t. 1, pag. 235, annot. 4; *Cartas y otros escritos del Bto. P. Pedro Fabro*, t. 1, pag. 323.

<sup>5</sup> Ms. *ast*.

<sup>6</sup> Ms. *calando*.

<sup>7</sup> Ms. *aquí*.

<sup>8</sup> Ms. *obedesisemos*.

la bendita elección y confirmación. Aora, voluiendo, la deseo asaz, lo que pareciese también á V. P., si la restituyen como se dize. Ay Padre mío, responda, ¿qué podría así desir? Mas confío que Dios nuestro señor le da á entender lo que conuiene, y así le suplico tenga en todo cuidado, como puede y sabe conuiene. Y ceso <sup>1</sup>, soplicando á Dios nuestro señor tenga siempre y en todo á V. P. de su mano y á todos. Amén.

Echa XI de Abril M. D. L.

Sierua y esclaua inuítíssima,

REJEDELLA.

*Inscriptio:* Jhs. Al muy R.<sup>do</sup> Padre en Christo el señor miser Ignacio de Loyolla, prepósito general de la Compañía de Jesús en Roma.

### 313

ANTONIUS DE ARAOZ

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

COMPLUTO 18 APRILIS 1550 <sup>2</sup>.

Franciscus de Villanueva et Emmanuel López mense Majo sacerdotio iniciandi. His ac aliis duobus sociis, ut conferantur facultates ac privilegia Societatis, rogat.—Vallisoletum adit.

†  
Jhus.

El P. Villanueva se ordenará por todo Mayo: abrá de confesar. Por amor de nuestro Señor V. P. le mande dar y conceder las gracias y facultades de la Compañía y al otro Padre, que se llama Alonso López, que emos rresçiuído en la Compañía, que es prouecto y buen confesor, y para el bachiller Jaén <sup>3</sup>, catredático de griego en esta vniversidad, y sacerdote, y bendita alma, que

<sup>1</sup> Ms. *seso*.

<sup>2</sup> Ex autographo in vol. C, unico folio, n. 10<sup>bis</sup>, prius 767.—Non adscribitur dies et locus; sed certo haec constant ex epist. Francisci Villanueva, Compluto 1 Maji in urbem missa: «A los deziocho de Abril partió de aquí nuestro Padre provincial.» Vide infra, epist. 317.

<sup>3</sup> Joannes Jaén, de quo dictum est supra.

está en la Compañía seis meses a, y para el H. Manuel <sup>1</sup>, para quando se hiziere sacerdote, que pues V. P. nos lo ymbió á mandar, se ará presto, que es vn bendito y muy açertado subjetto. En esta hora me parto para Valladolid. Jhus. sea con todos.

Hijo indigno

†  
ARAOZ.

*Inscriptio:* Jhs. Al muy Rdo. en Xpo. Padre nuestro, el P. Mtro. Ignacio de Loyola, prepósito general de la Compañía de Jesús. En Roma.

### 314

JOANNES DE ROSSI

PATRI JOANNI DE POLANCO

FLORENTIA 20 APRILIS 1550 <sup>2</sup>.

Epistola familiaris, amoris notis insignis.—Romam adire cogitat, in domum Societatis se, relictis aliis hospitibus, recepturus.—De Juliano da Colle, haeretico concionatore, quem Laurentius Davidico Sto. Ignatio defert.

†  
† Yhs. Mariae filius. A di 20 de Aprile 1550. †

Molto Rdo. in Christo Padre mio osseruandissimo. Salutem. Tengho vna de V. R. per M. Marcantonio Bolognini de Bolognia, homo de bona volontà, nella quale V. R. scriue hauere auisato M. Hyerolamo di Bolognia che recompensi il danno dato; ma parmi pocha penitentia, bisogniaua dargine che fusse accompagnato con trei o quatro delli serui della Compagnia de Yhu., che monstrarebbe refar' l' usura con Christo. Pensauo, Padre mio osseruandissimo, che doppo pasqua potesse uenir' a Roma. Sónomi sopraionte tante facende de amalati, che per anchora non mi posso risoluere della mia uenuta, pur spero non passar' Settembre, che uerrò a ueder' quella santa patria, Roma, doue è tanto grande thesoro, concesso dello altissimo Dio, et penso uenire in casa de Yhu., quale per la gratia sua, et misericordia, et

<sup>1</sup> Emmanuel López.

<sup>2</sup> Ex autographo in vol B, unico fol. n. 212, prius 24.—De Joanne de Rossi vide supra epist. 309, pag. 364.

clementia del nostro Rdo. P. M. Ignatio, starò concesso: et per la charità grande delli altri mei Padri et fratelli io lo chiamo mia, perchè le mie facultà sono tutte de quella Compagnia, et così le tengo. Parebbemi far torto alla uostra et mia casa non accettarla così gratiosamente come Vtre. Rtie. mi l' offerischano, benchè me scriueno da Roma che mi aspettano alchuni nostri amici, et con desiderio mi receuerrebene in loro casa; pur tutti io licentiarò, et scriberomi la mia casa de Yhu. Ma duolmi darui troppo fastidio, perchè so aquello tempo saranno de molti fuorastiere, et parmi importunità la mia darui tal fastidio a tempi incongrui; ma harò charo et charissimo diciate al mio Rdo. P. M. Ignatio facci oratione, et faccia fare che Idio, mio Saluator', mi conceda tanta gratia et animo, de resolvermi a quello tempo, a qual più piace sua maestà diuina, et sia mancho scomodità alli mij amalati, et alla mia famiglia, et alla charità dell proximo. Et così pregho V. R., et M. Gerolamo Ottello, et tutti gli altri, faciate et fate fare, perchè non vorei perdere adesso tanto dono; perchè in vita mia non goderò vno altro thesoro come questo. Per tanto pregho V. R. mi ricommandiate alla reuerentia dello nostro P. M. Ignatio, che preghi Iddio per la madre mia, et la mia consorte, et la mia famiglia.

Così io lo ricommando Mtro. Giuliano da Colle, predicatore heretico, che non lassi da perseguitarlo insina alla morte, che so don Baptista da Parma ne ha parlato, et ha portato le conclusioni, quale manda don Lorenzo Daudico, certo homo de Dio spirituale, prete et predicatore christianissimo, il quale se ricomanda al P. M. Ignatio <sup>1</sup>. A V. R. sia ricommandata la madre mia, con la Pantasilea, mia donna <sup>2</sup>, et mie figlioli; et preghoui aiutatemi camminare in questo cammino della nostra misera vita.

Harò charo che V. R. me auisi quello fa a Roma M. Baldassarri d' Anesi Politiano: et a lui mi ricommanderete per mille volte <sup>3</sup>. Valet.

<sup>1</sup> Vide epist. sequentem.

<sup>2</sup> Maria Pantasilea. *Epist. Mixtae*, t. 1, pag. 476, 489.

<sup>3</sup> Vide supra, epist. 232, pag. 167, et *Litterae Quadrimestres*, t. 1, pag. 100.

Che Dio vi conserui nella sua gratia, et accreschi il suo focho nel vostro cuore.

De Fierenze.

Per il vostro indegno seruo,

JOANNES DE ROSI, alamanno.

*Inscriptio:* Al molto Rdo. in Christo, il Padre M. Joanne di Polanco, della Compagnia de Yhu., suo padre, in Roma, a Sta. Maria alla Strada, apresso Sto. Marco.

*Alia manu:* Fiorenza 20 d' Aprile 1550. Jo: de Rossi.

### 315

LAURENTIUS DAVIDICO

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

FLORENTIA 25 APRILIS 1550<sup>1</sup>.

De erroribus Juliani da Colle, lutheranorum haeresi infecti.

†

Rdo. in Xpo. Padre mio carissimo.

Ogni giorno si trouano cose noue contro Mtro. Zuliano<sup>2</sup>, masime per mezo d' uno suo aleuo, fratre eiusdem ordinis, quale penso del signor uicario tenerà qualchi giorni in prisone. Vno delli suoi fratri ha ditto a uno, nel quale esso hauea qualche confidentia : se non hauessemo pagura del fuoco, tutti uiueressimo secondo Luthero. Vn' altro de essi fratti ha ditto a uno gentil homo qua, degno de fede, in mutuo colloquio : Per dirue il uero, nui tutti hauemo Martino Luthero per un gran santo. Vi so dire che in angulis et conuenticulis ha fatto un gran male : vnde ui prego a scoprir' al mondo per gloria di Dio la charità ch' in uoi resplende, et a meterui al forte per zelo del honor de X.<sup>o</sup> et de tante sue pouere pecorelle : è necessario subito acitarlo li, e non perder tempo in questo.

Mi ricomando alle caste et feruente oratione de uoi tutti, las-

<sup>1</sup> Ex autographo in vol. B, duplici folio, n. 216, prius 32.

<sup>2</sup> Vide epist. superiorem.

sandoui nel purissimo sangue del suenato agnello, e pregandoui a far prender questa uolpe diabolica, quale scienter ha ditto cento busie in questa sua ultima predica, e molti errori.

Alla venuta nostra li spero portarui il libro, a uoi tutti dicato.

Mi serà grato intender' per uostre drizate qui in le mane del nostro M. Jo. thodesco <sup>1</sup>, come passa la cosa di esso Mtro. Zuliano, quale è elletto da li lutherani a predicar' anche qui la XL.<sup>ma</sup> seguente.

Ne altro, saluo che habiati memoria di me, pouerino, in le uostre messe et oratione.

Da Florentia alli 25 di Aprile 1550.

De V. C. in X.<sup>o</sup> figliuolo,

LAURENCIO DAUDICO, sacerdote inutile.

Amanti sufficit nunciare, etc.

*Inscriptio:* Al feruente et molto Rdo. M. Ignatio, suo in Xpo. Padre osseruandissimo, a Roma, a Sta. Maria di Strada, apresso san Marco.

### 316

CLAUDIUS DE COUDRETO

FRATRI SUO LUDOVICO

PATAVIO 30 APRILIS 1550 <sup>2</sup>.

Quid ei acciderit in transigendo pecuniarum negotio narrat.

Gratia et pax domini nostri Jesu Christi sit semper nobiscum. Amen. Vigesima quintus dies Aprilis erat, dilectissime frater, cum tuae ad me perlatae sunt literae, in quibus mandatum erat ut Venetias proficiscerer. Eo ipso die dominus M. Antonius et Johannes Baptista nauem conscendebant, Romam petituri. Una itaque Venetias perlatus sum, ubi Johannes Baptista perhumaniter mihi operam suam praestitit in transigendo negotio. Is et ego, dum Ludovicum Palau conuentum quaereremus, opportune fit nobis obuiam ipse Michael Angelus Bagliori. Narrat sibi pau-

<sup>1</sup> Joannes de Rossi.

<sup>2</sup> Ex autographo in vol. B, unico folio, n. 25, prius 59.

cis ante diebus ab eodem Ludouico oblatam fuisse procuram (ut aiunt) a te missam, quae tamen nullius esset authoritatis, propterea quod a publico notario non fuisset uisa, qui subscriptione sua fidem fecisset, publicoque sigillo firmasset, hunc, qui scripsisset, uerum ac legitimum esse notarium; nosque huius rei ignaros fuisse admirabatur, cum non raro accidat, ut hoc genere fraudis mercatoribus imponatur; cuius sane sententiae et ipse Johannes Baptista et mercatores omnes, quos percunctatus sum, assensere.

Verum, ut me tanto uiae ac pecuniarum dispendio liberaret, annumeratum se mihi pecunias recepit, si filius Ludouici Palau suo periculo promississet se intra xx aut xxx dies procurationem unam, qualem prius commemorauit, ad se missurum: patrem autem nolebat, credo quod esset senectae iam et affectae aetatis. Ab eo igitur discedimus, sperantes hoc facile impetrari posse: spe tamen nostra lusi sumus. Eum enim, ubi diu quaesitum tandem conuenissem, eique, quid cum M. Angelo contraxissem, exposuissem, facturum se continuo negauit, et de pecuniis desperans, hoc mihi consilii dedit, ut sibi duas (quod dicunt) quitantias relinquerem, quibus post quindecim dies, missa alia procuratione, pecunias exigere posset; cui facile acquieui, neque enim uerebar eius fidei chirographa duo committere, cui tu pecuniam uniuersam tradi iussisses.

Hoc itaque consilio ad M. Angelum ambo profecti sumus, ut aut ipsum Ludouicum Palau fideiussorem admitteret, et pecunias daret; aut ut acceptae pecuniae chirographa duo mihi suo modo formaret, quae Ludouico relinquerem. Alterum cum negasset, euestigio subiratus, ut uidebatur, inde discessit Ludouicus: alterum se non libenter facturum dixit; meque rogauit, uti ne grauarer iterum ad se redire. Ego, etsi non nihil illud molestum mihi sciebam, ne quid tamen controuersiae oriri posset, id me facturum pollicitus sum. Postea, quid egissem, Ludouico Palau rettuli, a quo certe, multum rogato, procurationem, quam tibi remitterem, accepi, nempe qui sibi, non mihi, creditam asseueraret. Hunc puto eadem, quae scripsi, ad nos scripturum ita negotium a me transactum esse.

Ignoscas quaeso, si quod debui non feci; feci certe quod potui, ut mandata tua exequerer. Doleo equidem iis tam diu te caruisse pecuniis, quas antea, duabus schedis ad me datis, habere potuisses. Remitto igitur ad te procurationem illam, quam eadem, prout cognouisti, aptandam et huc mittendam curabis. Ego autem, nisi quid aliud iubeas, acceptas pecunias eidem Ludovico Palau tradam.

Ex iis uellem mihi liceret octo aureos desumere: his quantum domi indigeamus, etsi maxime possum ostendere, non faciam tamen, et quod temporis intercludar angustiis, quodque id latius ac diffusius ex domino M. Antonio et Johanne Baptista, quos propediem uisurus es, quibusque dedi ad te literas, poteris intelligere. Certe, quas hic reliquisti pecunias, R.<sup>us</sup> Pater dominus Elpidius optime distribuit. Nam hac hyeme scholasticis omnibus uestes pellitas comparauit, ut prospera omnes nos ualetudine uteremur, et maiorem iis studiis operam curamque poneremus. Hos si concesseris, sagulum mihi conficiam, quod tu ante discessum tuum fieri postulabas. Vale. Patauii pridie calendas Martias <sup>1</sup> 1550.

Tuus in Christo minimus frater,

CLAUDIUS DE COUDRETO.

*Inscriptio:* Al suo in Christo dilectissimo fratello, M. Ludouico de Coudreto, in Roma.

---

<sup>1</sup> Sic; verum, ut ex ipsa epistola legenti apparet, scripsit Coudreto *Martias*, cum esset scripturus *Majas*.

## 317

FRANCISCUS DE VILLANUEVA

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

COMPLUTO I MAJI 1550 <sup>1</sup>.

Araoz petiisse Vallisoletum, Estrada Valentiam.—Sensus ex eorum discesu.—Fructus ex concionibus Patris Estrada Compluti et Guadalaxarae.—Virorum principum studium et exemplum.—Animorum commotio.—Candidati Societatis Gandiam profecti.—Alii tirocinium Compluti conficiunt.—Dr. Vergara Societati impense favet: ejus desiderio flagrat.—Complutensium in nostros amor efficax.—Res prospere cedunt.

†  
Jhs.

Muy Rdo. en Xpo. Padre.

La gracia y paz de Jesu Xpo. sea siempre en nuestro contino fauor y ayuda. Amén.

A los deziocho de Abril, partió de aquí nuestro Padre provincial para Valladolid. Sabe nuestro Señor cuánta soledad se siente en esta vniversidad con su ausencia, y el fruto que se hiziera con su presencia. Confiamos en el Señor que a de ser servido de su yda, pues convino posponerlo todo por aquello.

El P. Mtro. Estrada se partió para Valencia quatro días antes. Huuo gran sentimiento en el pueblo, de su partida. Predicó esta quaresma en S. Ilifonso, que es la yglesia principal desta vniversidad, con tan gran auditorio, que para tomar lugar era menester yr vien de mañana, y de la gente que no cabía en su auditorio tenían otros predicadores la mitad más auditorio que, antes que el maestro predicase, solían tener. Afirman todos comúnmente no se aver visto en esta vniversidad tan gran moción en la gente. Ovo bien qué hazer en poder satisfacer á la vniversidad y al pueblo; porque, como el maestro predicó en la yglesia de S. Illifonso, que es de la vniversidad, el aviento, antes

<sup>1</sup> Ex autographo in vol. B, duplici folio, n. 101, prius 161, 162.—Hac epistola usus est POLANCUS, t. II, pag. 126, n. 301.

que fuese tiempo de tratar de sermones para la quaresma, los doctores y rector instaron que el maestro aceptase allí la quaresma á predicar, de modo que no se pudo escusar. Después, quando vinieron las otras yglesias, no avía qué les dar; pero el vicario y canónigos, agraviándose mucho, inbian al rector y vniversidad, quexándose mucho del agravio que á su yglesia se hazía, de modo que casi por fuerça sacaron predicase en su yglesia, que es la mayor del pueblo, vn día en la semana.

